

NAZIONALE
R. BIBLIOTECA
CENTRALE V. E. II
8
55 A
18
ROMA


IESVS MARIA
TRACTATVS DE MODO INTERROGANDI PAENITENTEM
Qui nescit explicare peccata confessario.

Vtilis non solum pænitentibus, sed etiam confessarijs præcipue illis, qui non dum exercuerunt officium cõfessarij: Insuper explicatur praxis circa quotidianas confessiones, nec non quomodo se gerere debeat confessarius, quando excipit confessionem personæ doctæ, nobilis, artistæ &c.

AVCTORE
CAROLO DE BAVCIO
Sacerdote Capuano
Professore Theologiæ Speculatiuæ, & Moralis, & vno ex summis Pænitentiarijs in Ecclesia Neapolitana.

NEAP. Tipis Francisci Sauij Typographi Curiæ Archiep. M.DC.XLIV.
Expensis Petri Agnelli Porrini.

Cornelio Francescucci



Ad Lectorem.

DIdici ab experientia multorum annorum, quod multi literarum ignari, & quandoque etiam docti in alijs scientijs, preter moralem casuum conscientię, nesciunt pandere confessori sua peccata, & quia in hoc potest multum iuuare scientia confessarij, & pœnitentis, idcirco valde vtile censui hunc libellum in lucem prodire, vt præ manibus confeßarij possit percurere, precor ergo ò benigne Lector, vt non te tędeat labor in legendo, quia breuis ero, iuxta materię grauitatem, & ponam casus quotidianos occurrentes, cum maxima vtilitate confessarij, & pęnitentis.

EMINENTISSIMO
AC REVERENDISS.
DOMINO
ASCANIO
PHILAMARINO
ARCHIEPISCOPO
NEAPOLITANO
S.R.E. Cardinali eximio.

Petrus Agnellus Porrinus.



Minentiss. Princeps, cùm voluissem meis expensis in lucem prodire libellum cõpositum à Domino Carolo de Baucio appellatum, modus Inter-

terrogandi Pænitentem à confessario, diu cogitaui cui dicare voluissem, & in mente reuoluit Eminentia tua in qua omnia, quæ in prȩstantissimo patrono desiderari solent, cumulatissimè reperiuntur: nam prȩter generis nobilitatem, maiorumque tuorum stemmata preclarissima, his es virtutibus ornatus, tàm mira omnium notitia, singularique animi bonitate, ac vitȩ probitate fulges, vt omnes qui te nörunt, ad te amandum extollendumque etiam impellas: qui iure optimo præstantissima qualibet dignitate, dignissimum te putant Hic esset mihi latissimus campus, si de tuis tuæque illustrissimæ stirpis Encomijs, longa oratione agere vellem, sed preter

ter rem facerem, si hoc locó, longum de illis sermonem suscipere, cùm ea ita sint vrbi, & orbi perspicua, vt mea omnis de eis ratio superuacanea videri posset. Vnde si valetudinem, robur, vires tentauero narrare tuas, Egregiam formam,& dignitatem quibus natura te decorauit, immensum campum in quo non modo exultare,sed expatiari etiam proculdubio possim mihi oblatum agnosco: non me latet ab ineunte ætate, ab eruditis viris, summo diligentique studio ingenuis artibus informatum fuisse, quas ita accuratè accepisti, & coluisti, vt ad easdem non doctus, sed factus,non institutus,sed imbutus sis; accipe igitur præstantissime Princeps,

hilari

hilari libentique animo munusculum hoc, tibi multis rationibus debitum, & si exiguum, magna tamen animi propensione oblatũ. interim *Deum* ter optimum proximum oro, vt tibi quamplurimos elargiatur annos, amplioribus titulis te in dies amplissimè exornet, atque ęternorum tandem gaudiorum post felicissimum præsentis vitę curriculum in *Cę*lestibus domiciliis compotem efficiat. Vale Eminentissime Princeps huius Regni Decus, & ornamentum.



IMPRIMATVR

Gregorius Pecceri llus Vic. Gen.

Fr. Ioseph de Rubeis Ord. Min. Conu. S. T. D. Eminentiss. & Reuerendiss. D. Card. Philamarini Theol.

Registr. fol. 11.



Illustriss. & Excellentiss. Domine.

TRactatum; circa Modum Interrogandi pęnitentem per confessarium; compositum per DD Carolum de Baucio; vidi, & dum in illo, minime adesse aliquid; quod bonis moribus aduersetur; neq; Regiæ Iurisdictioni contrarium, comperi; ideò typis liberè posse tradi mihi videtur; & Deus optimus maximus, tuam Excellentiam Dominationem, diù incolumem serue. Datum ex excellentia Neapolitana die 15. Februarij 1644.

Dominis Tuæ, Illustriss. & Excellentiss.

Seruus Addictissimus

*I*oannes Franciscus *L*ombardus *C*anonicus

Vidit Arias de Mesa Reg. Cons. Deleg. per Suã Excell. pro reuisione librorum

Visa supradicta relatione *I*MPRIM

Zufia Reg. Casanate Reg. Sanfelicius Reg. *A*zcon Reg. *C*apicius *L*atro.

Prouisum per Suam Excell. die 26. Februarii 1644. Lombardus

PRAELVDIVM I.

MVnus Confeſſarij per ſe conſideratum non eſt valde laborioſum, cùm Confeſſarius non teneatur ad aliud, niſi ad audienda peccata, & ad impertiendam abſolutionem. Sed per accidens, eſt maximi laboris, cui incumbit onus excipiendi confeſſiones; nam omnes Doctores docent, teneri confeſſarium interrogare pęnitentes, quando eorum confeſſio non eſt ſatis ad explicandas ſpecies peccatorum, ac eorum numerum, proindeque confeſſarius tenetur ſupplere defectum pęnitentis, medijs interrogationibus iuxta ſtatum pęnitentis, nec debet eſſe illi moleſtus interrogando res non neceſſarias.

PRAELVDIVM II.

MVnus confeſſarij eſt, non ſolum audire peccata, ac ab-

ſolutionem impendere,ſed etiam euitare debet peccata futura in quæ facile de nouo poteſt pænitens incidere ſi à confeſſario non inſtruatur ; vt ſi pauper ſe accuſauit fregiſſe ieiunium tempore præcepto; cui reipſa non erat obligatus , quandoquidem omnes DD.excusāt à ieiunio pauperes carētes cibo neceſſario ad ieiunium: idem dicitur de omni præcepto, quod perſonæ ratione ſtatus non tenentur ſeruare, vt patet ex ſupradicto exemplo , & alijs quæ adduci poſſunt;vt ſi egena mulier, non poteſt viuere niſi in die feſto laboret; ac proinde confeſſarius,ſi prędictis perſonis dicat nullam adeſſe obligationem ſeruandi ieiunium ; &c. euitabit multa peccata,quę ex conſcientia erronea pænitentis poſſunt committi,niſi à confeſſario admoneatur.

PRAELVDIVM III.

MVnus confeſſarij, eſt inſtruere pænitentes, ne ſe accuſant de peccatis, quæ non ſunt peccata, ne confeſſio ſit moleſta, tùm confeſſario, tùm circumſtantibus, cum aliquando longa confeſsio, poſſit generare ſcandalū alijs pænitentibus, qui etiam volunt accedere ad Sacramentum pænitentiæ, vt eſt quando adeſt in Eccleſia concurſus hominum, & mulierum, cauſa vel lucrandi indulgentiam, vel ſatiſfaciendi annuę confeſſioni tempore Paſchali; itaq; breuis confeſſio poteſt fieri, ex multis annis, ſi pęnitens explicet tantū res neceſſarias, & confeſſarius non interroget res impertinentes ad cōfeſſionem.

PRAELVDIVM IV.

ACcuſatio generalis peccatorum vitanda eſt per verba

generalia, vt si dicatur verbi gratia, me accuso ex septem peccatis mortalibus capitalibus, ex abusu quinq; sensuum, & animæ potẽtiarum, ex omissione operum misericordiæ, &c. nam hęc accusatio absq; indagine fit; vt docet *Franciscus de la Puente tract. de perfect. christiana tract. de pænit. c. 7. §. 2. nu. 3. & Ioseph de ortu Parochi in Speculo Parochorum cap. 7. n. 3.* qui ait, *quod confessio composita generalibus verbis est pharisaica puta peccauimus, iniustè egimus iniquitatem fecimus peccando peccato superbiæ, auaritię lusuriæ, &c.* & numquam descendẽdo ad peccatum speciale, ait præterea *Nauarr. in cap. quẽ pænitet de pænit. d. l. n. 10. hęc formalia verba. Ob quod ipsum noluimus absoluere quamdam religiosam confitentem se plurima, ac plurima peccata comisisse, videndo, audiendo, tangendo, loquendo, incedendo contra præcepta Dei, & Ecclesiæ, & contra Concilia;*

an-

antequam speciatim aliqua saltem venialia, & saltem antea confessa cõfiteretur. Quod vt arbitror, frequẽter occurrit confessarijs.

Si enim interrogarentur in particulari de transgressione alicuius præcepti, non auderent certo affirmare solumque. Se reos manifestant ob consulationem, putantes forè fere impossibile non deliquisse in prędictis. At non expedit certo affirmare se deliquisse, eo quod putent possibile fore, aliàs de fractione cuiuscumq; præcepti se possent accusare.

Quod si sub conditione accusationem emittant dicendo, me accuso de septem peccatis mortalibus capitalibus, si forte deliquerim; nec etiam hoc expedit. Quia materia confessionis debet esse certa, vel saltem dubia, non tamen conditionata; vt bene docent *DD. teste Sancio in Selectis disp.*1.*n.*11.*&* 12.

Idem dicitur si pænitentes se ac-

cusauerint si virtutibus non vacauerint, quandoquidem hoc non cadit sub præcepto, vt docet *D. Th. cit. a Sancio in Selectis disp.18. n.15.*

Nec est necessariũ in fine confessionis dicere, me accuso ex vniuersis omissionibus, & ex omnibus cõmissis, opere verbo, & cogitatione. ita *Henriquez lib.4.c.9.in fine, & lib.5.c.3.n.5.Nauarr.c.quem pænit. & de pænit.dist.1.num.10. prælud.5. n.6. et Prælud.9.num.1.& c.26.nu. 28, & alij.*

Nec etiam est necessarium, vt pęnitentes dicant in fine confessionis, me accuso ex omnibus, de quibus caro, mundus, & Diabolus me accusare possunt in die iudicij; hæc enim generalia, non sunt materia sufficiens Sacramenti pænitentiæ, casu quo pęnitens narrare possit in particulari peccata: vt docet *Vasquez de pænit.q.91.art. 2. dub.1.D. Ant.in summa 3.p.c. de infirmis, & 3.p.tit.10.c.2.med.Medin.C.de cõfessione*

ſione q.de abſolut. ab oblitis, *Corduba queſt.30. de indulg.dub.3.* Angel. *verb.confeſſio 4.num.80.*

PRAELVDIVM V.

MVlti pœnitentes arbitrantur ſe delinquere peccato curioſitatis, dum id ſciſcitantur, quod ad vtilitatem ſuam nihil conferat ſcire, vel ignorare. Qua propter inquirendo de occiſione hominis in platea inuenti quiſnã ſcilicet eũ occiderit, quaue de cauſa, putant ſe peccare peccato curioſitatis. Nam decipiuntur, quandoquidem curioſitas, vt peccatum ſit, non eſt illud appetere ſcire, quo ad rem non attinet, ſed quando ob ſtudium, & perquiſitionem rei inutilis retrahitur homo ab ſtudio, ſine perquiſitione eorum, quæ ex neceſſitate, ſeu officio eſt aſtrictus. Vnde Medicus, vel Parochus crimine curioſitatis inficeretur, addiſcens mathema-

ticam, vel profanas historias, & medicinæ, seu morali Theologiæ non incumbens, vt docet *Lessius lib.* 4. *c.*4.*dub.*11.*num.*85, *et Sancius in Selectis disp.*3.*num.*1.

Verum si quis maiorem curam circa rem aliquã inutilem cognoscendam, vel efficiendam, vel comparandam adhibet, quam ratio postulet, dicitur curiosus, etsi non retrahitur ab studio, quod ipse tenetur operam dare, itaq; curiositas generatim denotat superfluam diligentiam circa res inutiles, vel qualitatem earum, minime necessariã. Propiè vere locum habet in studio, & amore cognitionis, nihil ad nos pertinentis, nimirùm cùm quis superfluam diligentiam adhibet, vt aliquid sciat, quod nihil ad ipsum scire attinet, vel quod captum ipsius superat, idq. affectu Solius cognitionis. Tales enim propie dicũtur curiosi; vt sunt qui res alienas scire cupiunt, & inuestigant tantum,

tum,vt illas ſciant. Quod ſi non affectu cognitionis, ſed operationis ſcire conentur, verb. gr. vt alijs noceant,vel ſibi conſulant,non erit propie curioſitas, nec illi dicentur curioſi. Vnde patet non omnem inordinatum affectum ſciendi,nec omnem exceſſum in ſtudijs eſſe curioſitatem: Sed illum qui tendit in ipſam ſcientiam propter ſe maxime in eam,quę eſt homini inutilis,ita *Leſſius de iuſtitia, et iure lib. 4.cap.4.dub.*11.*num*.80. *et* 81. item dicuntur curioſi,qui cognitionem aliquam philoſophicam, vel etiam Theologicam quærunt,vt in ſola ſterili ſpeculatione ſiſtant. Vt ait *Auguſt.lib. de vera relig.c.*29.

Nec refert,quod ſcientiæ dicantur virtutes;quia non ſunt virtutes ſimpliciter,quæ hominem reddant probum ſicut iuſtitia, temperantia,ac fortitudo:Sed ſecundũ quid, quia perficiunt intellectum ad ſuas operationes,& in ordine ad propiũ obiectũ.

Neq; solũ in cognitione intellectus, sed etiam in notitia sensuum curiositas locum habet; nimirum, cum quis appetit videre, audire, olfacere, gustare, tangere, sciendi, iudicandi, vel discernendi causa, ea quorum notitia ad ipsum nihil attinet.

Dixi sciendi, vel audiendi causa, quia si non causa notitiæ, sed voluptatis, quæ ex ipsa re percipitur, vel actionis, videre, vel alio sensu apprehendere, quid velis nōn erit propiè curiositas, sed poterit esse alterius generis peccatum, vel etiã quid adiophorum, seu indifferens; vt si musicam audire velis, non vt iudices de vocibus, sed vt voluptatem auribus capias.

Simile est in alijs sensibus, etiam in tactu: aliud enim est tangere causa noscendi, vt discernas inter calidum, & frigidum, humidum, & siccum, durum, & molle, elatum, & depressum, aliasq; qualitates tactiles, & si-

& figuras; aliud voluptatis causa. Itaq;sẽsuum vsus pertinet ad curiositatem, quatenus ordinatur ad nudam notitiam, & discretionem sensibilium, nec per illum quęritur voluptas illa, quam ipsa res per se affert. Cuius signum est, quod ex curiositate non minus ea, quæ offendunt, quam quæ delectant sentire velimus. Vnde facile est distinguere, vtrum aspectus, vel contactus ad libidinem, vel ad curiositatem pertinent.

Vnum aduerso, quod si quis velit scire Philosophiam, vel Theologiam non in ordine ad operationem, sed solum propter solam speculationem, & non propter malum finem, hoc pertinet ad quandam curiositatem, si non malam, ac certè adiaphoram, seu indifferentem *ita Less. loc. cit.*

Sed petes quale peccatum sit curiositas.

RESpondetur per se solum esse veniale. Ratione tamen circumstantiarum potest esse mortale. Vt si quis legit res prohibitas sub mortali, vel si quis vult scire negromantiam, &c. vel ratione finis, etiã potest esse mortale, vt si intentione decipiendi, quis vult aliquid scire, &c.

PRAELVDIVM VI.

ADuertendum est pęnitentibus quod non est peccatum edere absq; fame, seu necessitate aliquid, vel bibere, modo nõn noceat saluti, uel animæ puta si cibus sit prohibitus, ut docet *maior in 4. dist. 31. q. vnica conclusion. 7. his verbis: Quod si quis concedat plusquam sibi sufficiat, non transcendit latitudinem temperantiæ in cibo, dummodo*

do cibus non sit in iacturam corporis, vel animæ, & nec sit prohibitus. Ita etiã colligitur ex D.Th.2.2.q.148. art.1. & 3.ad 3. ratio à priori potest esse, quia non est contra rationem, velle, vt appetitus naturalis fruatur suis actibus, quando non est contra legem Dei, vel nocumẽtum corporis. Probatur, ab absurdo, nam sequeretur, quod audire musicam ob delectationem esset peccatum. Quod est falsum, cùm dicat *August.lib. 1.de music. lit. F.* Quod interdum audire musicam modestissimum est, puta gratia subleuandi naturam, vel ad contemplanda cęlestia, vel ad accipiendum robur pro aliquo opere studioso peragendo. *Idem docet Almainus in 4.dist.26.q.1.*

PRAELVDIVM VII.

DEbet confessarius aduertere, quod multi pænitentes idiotæ

tæ ſe accuſant ſurripuiſſe v.g. quãtitatem ſex ducatorum,ſed non dicunt in vna,vel pluribus uicibus,& conſequenter prima facie uidetur vnum peccatum fuiſſe commiſſum à pænitente, ſed quia ſæpenumero accidit, quod in pluribus vicibus huiuſmodi furtum eſt commiſſum, conſequenter tot peccata mortalia ſunt iudicanda quot furta per ſe ſumpta, & ſeorsũ ab alijs partibus conſtituentibus quãtitatem ſex ducatorum ſunt ſatis ad conſtituendam materiam grauem in ratione furti; Secus eſt mihi dicendum, quando quis intentionem haberet furandi ſex ducatos, ſed per plures vices ſupradictam quantitatem ſurriperet,nam licèt in genere entis tot eſſent peccata, quot partialia furta eſſent commiſſa, tamen in genere mortis eſt vnum peccatum, quia voluntas tẽdit ad vnum obiectum completum, nempe ad quantitatem ſex ducatorum, ſecus eſt

mihi

mihi dicendum si voluntates furādi dictam quantitatem essent retractatæ per actum contrarium,& deinde renouatæ per alium actum, nam tunc secundum communem DD. sententiam tot essent peccata, quot erunt volitiones furādi, quia vnaqueque voluntas tendit ad obiectum completum, & non partiale.

PRAELVDIVM VIII.

ADuertant confessarij, quod sæpenumero pœnitentes eructant verba, quæ in se non continent blasphemiam contra Deum ex vi verborum, sed quia ex ignorantia putant se blasphemare Deū idcirco talis homo iudicandus est reus blasphemiæ cōtra Deum formaliter,non vero materialiter. Nā materia verborum non sunt blasphemiæ contra Deum,vt si quis diceret potere de Dio,formaliter vero

rò ex intentione ſcilicet blaſphemãdi Deum, dicitur blaſphemus.

Idem dicitur reſpectu iuramenti nempe aliqua verba proferre pęnitentes, quæ in ſe non continẽt iuramentum, ſed ex ignorantia putent eſſe iuramentũ, & conſequenter ſi illud non ſeruant frangunt iuramentum.

PRAELVDIVM IX.

SCiendum eſt, quod offenſus ab aliquo, poteſt Deum deprecari ſine peccato, vt infligat damnum tẽporale offenſori, animo, vt Deus ſumet uindictã. Ratio eſt q̃d fas eſt coram iudice terreno uindictam petere de iniuria accepta, ut docent communiter *DD. teſte Sancius in Selectis diſp.* 2. *num.* 11. ergo à fortiori licebit à iudice celeſti uindictam petere. Vt expreſſe docet *Soto de iuſt. lib.* 5. *q.* 12. *art.* 1. §. *contra* 3. *demum concluſ.*

Cauendum tamen eſt, ne ex odio appetitus uindictæ oriatur, tùm quando petitur vindicta à iudice terreno, tùm quando à iudice cęleſti, ſed ſolum zelo iuſtitiæ uindicatiuæ, in pęnam delicti petenda eſt uendicta. Vt rectè docet *Sancius in Selectis l. cit.* fateor in praxi hanc doctrinam eſſe ualde difficilem, nempe, ne oriatur ex odio appetitus uindictæ.

PRAELVDIVM X.

SOlent pænitentes ſubijcere cõfeſſioni peccata, quæ in ętate infantili commiſerunt, quando uſu rationis carebant ad diſcernendũ, num illud, quod agebant ſcelus eſſet, nec ne: & poſtea adueniente ætate diſcretionis aduertunt fuiſſe peccata. Ac proinde non ſunt materia confeſſionis, nec ſuper illis impendenda eſt abſolutio, *ita Nauarr. c. 9. nu.* 15. *& Sylu. verb. confeſſ.*

feff.1.q.3.& graph.1.p. decif.1. cap. 16.nu.19. Nam materia Sacramẽti penitentiæ precisè,non eſt illud, quod de ſe eſt peccatum,ſed requiritur,quod ad culpam fuerit imputatum : imo ſi ex conſcientia erronea,aliquod de ſe bonum aget pænitens,putans in actione delictum eſſe; illa tamen actio de ſe bona, quia imputatur ad;culpam, fit materia confeſſionis. Vt aduertit *Sãcius in Selectis diſp.2.nu.12. in fine.*

PRAELVDIVM XI.

SOlent pænitentes ſe accuſare, non ut debebant feciſſe examẽ conſcientiæ,quod quotidie ferè ſolent fieri à ſacrificis; Vnde *Nauarr. in cap.fratres diſt.5.num.83. cum D.D.à ſe cit.hæc verba ait,* aut confeſſarius coniectat id à confeſſuro dici,non quod credebat non adhibuiſſe iliam quam integritas confeſſionis neceſſario exigit diligẽtiam;

tiam, ſed quia bonorum mentium eſt timere culpam ubi non eſt, uel quod ideo ait, illã inſufficientem, quod per eam; omnia, uel maiora uenialia in mentem non reduxit quod tamen non eſt neceſſarium, & hoc caſu ſine ſcrupolo confeſſatus eſt audiendus, & abſoluendus. Aut confeſſarius coniectat illam non adhibuiſſe, quam neceſſario tenebatur adhibere diligentiam peccatis memorandis. Quo caſu, aut neceſſitas urget, nempe morbus, bellum, naufragium uel alia id genus, & hoc quoq; caſu audiendus, & abſoluendus eſt aut nulla urget neceſſitas, & hoc caſu perpẽdat confeſſarius, an ea, qualem qualem adhibuerit diligẽtiam, unde cũ interrogationibus à ſe faciendis, poteſt conſtitui mediocris diligentia, proindeq; poteſt confeſſarius excipere eius confeſsionem, & abſolutionem impendere.


PRAE-

PRAELVDIVM XII.

COnſulendum eſt pænitentibus,ut Subijciat peccata ſua docto confeſſario. Vt monet *August. lib. de vera, & falsa pœniteniia his verbis*. Qni vult confiteri peccata ſua, vt iuueniat gratiam: quærat Sacerdotem ſcientem ligare, & ſoluere, ne cum negligens circa ſe extiterit, neglicatur ab illo qui cũ miſericorditer monet, & petit, ne ambo in foueam cadant. Et infra idẽ Auguſtinus ait; Tanta itaq: eſt vis cõfeſſionis, vt ſi deeſt Sacerdos, cõfiteãtur poximo, & ſubijũcit. Sepe enim cõtingit, ꝙ pęnitẽs nõ poteſt verecundari coram Sacerdote, quem deſideranti, nec locus, nec tempus offert, & ſi ille, cui confitebitur, poteſtatẽ ſoluendi non habeat; fit tamen dignus venia ex deſiderio Sacerdotis, qui ſocio confitetur turpitudinem criminis. Mundari enim ſunt leproſi, dum ibant of-

ofendere se Sacerdotibus antequã ad eos perueniret. Vnde patet Deus ad cor respicere, dum ex necessitate prohibentur ad Sacerdotes peruenire. Sępe quidem eos quærunt, sed sani, & læti, dum quærunt, antequam perueniant, moriuntur, sed Dei misericordia est vbique, qui iustis nouit parcere, & si non tam cito, sicut soluerentur à Sacerdote. hæc *D. August. loc. cit.*

Sed aduertenda sunt in doctrina D. Augustini. Primò quod nemo tenetur in articulo mortis confiteri laico, sed quod dicit Augustinus intelligendum est de consilio, quãdoquidem, cum laicus non possit absoluere à peccatis, consequenter si pęnitens attritus accedat non recipiet gratiam. Verum ex affectu confessionis fit dignus venia in hoc sensu, quatenus Deus, medio suo auxilio operabitur, vt moribundus eliciat actum contritionis, cuius intuitu, deficiente copia con-



confeſſarij ſaluabitur,vt colligitur ex doctrina *eiuſdem Auguſtini,his verbis* . Mi*ſericordia Dei eſt ubiq; qui iuſtis nouit parcere,etſi non tam cito, ſicut ſoluerentur à Sacerdote.*

Secundo, quod conſilium,non præceptum eſt confiteri optimo Sacerdoti,vt notauit *Nauar.tit. de pænit.diſt.6.nu.2.*

Tertio , quod non obſtat ſi quis dicat ſolum Deum peccata dimictere,vt alibi dixit Auguſtinus, nã hoc intelligitur auctoritatiue, nẽpè Deum ſolum remittere peccata ſed miniſterialiter,etiam Sacerdos á peccato abſoluit , & peccatum remictit,at docet *Nauarr. loc.cit. nu.*15.

Neque obſtat,quod frequenter Sacerdos penitentem non abſoluit propter aliquod impedimentum ipſius,vel quia per contritionem ſolam abſolutus fuerat , & ita frequenter falſum dicat,cum penitenti ait, abſoluo te, Non inquam hoc

obſtat,

obſtat.quoniam abſolutio,in quantum exit à Sacerdote, ſemper eſt efficax,& certa, licèt quandoque ex parte illius cui fit inefficax maneat,*ita Nauarr. de pęnit.diſt.6.nu.16.* explico ego ſic forma abſolutionis per ſe eſt remiſſiua peccati, per accidens vero nõ abſoluit, puta quia peccata, fuerunt remiſſa intuitu contritionis, vel non fuerunt remiſſa per abſolutionẽ, quia ſubiectum non erat bene diſpoſitum.

Quarto, qui confitetur laico in articulo mortis deficiente Sacerdote,non poſſe abſolui à laico,nec eſſe de præcepto nec Sacramentalẽ talem confeſſionem factam laico, ſed tantum de conſilio, vt ſupra dictum eſt,& notant DD.teſtè *Nauarr.de pænit.diſt.6.nu.74.*

Nec eſſe etiam de Conſilio, vt conſtitutus in articulo mortis cõfiteatur Laico, eo animo, vt ab eo abſoluatur, nam ſacrilegium eſt,

abſo-

absolutionem accipere ab illo, qui non est potestatis id faciendi capax ita *Nauarr. l. cit. num.* 78.

Neque esse de consilio confiteri ei qui non est presbyter, etiam in mortis articulo peccata mortalia, nisi fuerit persona prudens, & taciturna, & quæ profutura sit, & non obfutura. *ita Nauarr. l. cit. num.* 79.

PRAELVDIVM XIII.

SCiendum est, quod vnum; & idē opus à vario procedens principio, varium habet effectum, & variæ virtutis fuit actus v. g. ieiunium, quo vereris ne plus satis comedas, abstinentia est, idem si eo vtaris, vt libidinem reprimas, castitas: si autem quo Deo te hostiam exhibeas, religio, & Sacrificium, si verò quò pro peccato satisfacias, pœnitentia. *ita Nauarr. de pænit. dist.* 6. *num.* 40. & docet *Thomas à Vio, de satisfact. qu.* 1. *& in opusc. tom.*

*tom.*1.*tract.*6.*qu.*i. & colligitur etiã *ex D.Th.*2.*qu.*85.*art.*3.

E contrario vero mala peiora sunt, cæteris paribus, quo pluribus è fontibus manant. Si enim fornicaris quo delecteris simul, & fureris, fornicatio, & furtum erit.

PRAELVDIVM XIV.

ADuertendum est scrupulosis, quod venialiter peccant si maiorem curam adhibent, quam oportet in examinanda conscientia. vt docet *Nauarr. in cap. fratres dist.*5.*num.*72. & ratio est quia in omni virtute morali per defectum peccatum, & per excessum secundum *Arist.* receptum in secundo Ethicor, & tradit *D.Th.par.*2*g.*46. *art.*1.

PRAELVDIVM XV.

COnfessarius monet *Nauarrus c. diligens* §. *quibus cognitis*

*de pænit.d.ſt.6. num.*1. quod debet eſſe dulcis,affabilis,ſuauis,prudens diſcretus,mitis Pius, atq; benignus & *Auguſt. lib. de vera, & falſa pænitentia* § *quibus cognitis*, docet, quod confeſſarius debet eſſe beneuolus,paratus erigere, & ſecũ onus portare, & dulcedinem habere in affectione, pietatem in alterius crimine, diſcretionem in varietate, & addit hæc verba.*ad iuuet confitentem orando, eleemoſinas, & & cætera bona pro eo faciendo.* Semper eum iuuet leniendo, conſolando,ſpem promittendo, & cum fuerit opus,etiam increpando. doleat loquendo, inſtruat operando: Sit particeps laboris, qui particeps vult fieri gaudij. doceat perſeuerãtiam,caueat,ne corruat.

PRAELVDIVM XVI.

INſtruendi ſunt pænitentes, ne ex conſcientia erronea peccẽt,

quan-

quando se accusent narrauisse iniurias illatas ab aliquo, putantes se infamasse proximum, nam si id faciant sine intentione detrahendi, & vendicandi, sed solum, vt consolationem accipiant ab amico, siue, vt querela exposita dolor mitigetur non est peccatum, saltem mortiferum: quia vtitur iure suo. *ita Lessius lib.2.cap.11.dub.12.num.72. Petrus Nauarr.lib.2.cap.4.num.345. Maldernm tract.7.cap.1.dub.12. Vega 2. tom. cap.46. Rodriquez in summa c. 248. num.18. & Sancius in Selectis disp.2.nu.10.*

Nimis enim graue est, & præter humanam consuetudinem, vt quis cogatur iniurias acceptas in silentio concoquere, nec possit eas cum amico communicare, nam hac ratione magna pars earum uelluti pondere quodam leuatur. Vnde si inde aliqua infamia auctori iniuriæ proueniat, non ipsi, sed auctori imputandum est, adhibenda

tamen moderatio, ne pluribus dicatur, quàm ad consilium, & solatium sit necesse; nec nominanda persona nisi ad consilium sit opus, vel ad necessariam consolationem ualde expediens.

PRAELVDIVM XVII.

MOnendi sunt pænitentes, ne peccent ex conscientia erronea, quando se accusant hyperboles dixisse, quandoquidem hyperboles non sunt mendacia, sed idem est, ac exageratio, ut si quis dicat cupio vitam tuam non finiri vltra mille annos, vel si dicat Ioannes est adeo timidus, vt folia arborum timorem illi incutiant. & similia. est ergo hyperbolis seu exageratio illa, quæ gratia minuendi, vel augendi ponitur. *ita Quintil. Anton. Mincilenus, et Diomede in arte de figuris. Et Sacra Scriptura abundat hyperbolicis locutionibus, vt patet*

tet primò Genes. 13. *vbi* Dominus *dixit ad* Abraham:*faciamque semen tuum sicut puluerem terræ , et quod sit sermo diuinæ Scripturæ hic supradictus*.docet *August.super Genes.*13. Pereir. *Gen. cap.*13.*num.*46. & idē censet *Cornel.à lapide dicto cap.*13. *in explicat.vers.*15.& etiam hyperbolicam locutionem fuisse illam Ioannis *cap. vlt.* dicentis hæc formalia verba. Sunt autem, & alia multa,quæ fecit iesus , quæ si scribuntur per singula , nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi sunt libròs.Sic explicant *August. in exposit. Euangelij Ioannis c.vltimo, Leontius, Cyrillus Beda,*Theophilatus*, et Eutimius cit. à Maldonato sup.* Ioann.*c.vlt.*

Docet idem *August.loc.cit.*quod in alijs locis diuinæ scripturę reperitur hic sermo hyperbolicus , vt *Psal.*62.*et* 67.Verticem Capilli perambulantium in delictis suis illud verò I*oann.vlt.* alij *Do*ctores docēt

 non

non fuisse exagerationem: dicunt enim, quod si omnia, quæ à Christo sunt gesta, essent scribenda, mundũ non posse capere libros. Nam cum gesta à Christo infinitæ sint perfectionis, vtque talis infinita perfectio esset notata perfecte, infinita scriptura, & notatio esset necessaria, quæ infinitas superar capacitatem localem mundi, ergo uera est locutio in hunc sensum, nam quælibet actio Christi est infinitæ uirtutis.

Sed aduertendum est, ad hoc, ut homo loquens hyperbolice, seù per exagerationem non dicat mendacium necesse est, vt non referatur animo decipiendi audientem, qui bene noscit exagerationem illam non æquari intentioni dicentis, mathematice, ac proinde dum falsum nõ asseritur cũ intentione fallendi, mendaciũ minime esse. Nã, vt quis falsum enunciando mẽtiatur, opus est, vt dicat falsum, vti falsũ

non

non vti exageratiuum ita *DD. teste* Sanctio in *selectis disp. 5. num. 5.*

Item nec mendacium erit iocosum dicere falsum vti lepidum, & iucundum, non par est falsum enũciare, & mentiri, vt docent *DD. teste Sanctio in Selectis loc. cit.* falsum enim tunc inuenitur, quando res significata per vocem, & uox adequationem non habent. tunc uerò mendacium reperitur, quando uox, nec cum re significata, nec cũ mente coequatur possunt tamen admoneri pænitentes ut in similibus suase rationibus addant per modum loquendi, dicendi. &c.

SED PETES I.

An locutio parabolica sit mendacium.

Respondetur non esse mendacium, quia passim diuina scriprura utitur parabolis ad no-

ſtram inſtructionem . Chriſtus enim *Matth.* 25. quinque Virgines prudentes, & quinque fatuas fuiſſe ait ; quarum quinque prudentes ſponſo obuiam exierunt, aliæ uerò minime. Quod tamen ita in re actũ non eſt, ſed id dicitur ad noſtram inſtructionem, quaſi parati ſemper eſſe debeamus ſponſum Chriſtum excipere in cordibus noſtris item dixit *Luc.* 10. *S*acerdotem, & Samaritanum deſcendentes hierico uulneratum in uia uidiſſe, Sacerdotem quidem minime curãte Aegrotum Sammaritanum uerò contra egiſſe; Quod tamen re uera non accidit, ſed ad noſtram inſtructionem eſt inſtitutum. *I*tem dicitur de parobola ficus infructiferæ *Luc.* 13. & de publicano , & Phariſeo *Luc.* 18. ſcilicet Publicanum, & Phariſeum in templum ingreſſos , illud nec oculos leuare audentem ; Phariſeum uerò tumidum de bonis operibus ſe iactaſſe Chriſtus aſſerit

Luc.

*Luc.*28. Quod tamen eo modo nequaquam accidit.hāc autē parobolam non historiam esse, vt putant aliqui,docet *Maldonat.sup.Luc.*18. *num.*9.plura in huius confirmationem congerens:Itaque parobola non est aliud,teste vocabolario Ecclesiastico, nisi congrua comparatio rerum dissimilium.

PETES II.

An locutio per metaphoras sit mendacium:antequam respondeam.

SVppono metaphorā dici,quando vox per similitudinem propriæ significationis transit in impropriam,& alienam.

HIS POSITIS.

REspondeo locutionē per metaphoras non esse mendaciū, qnia est phrasis Rhetorica, & sæpe

numero Sacra ſcriptura vtitur metaphoris,vt patet ex *Cant.*2. vbi dicitur; Flos Campi Lilium Conuallium,& Vitis vera Chriſtus;Leo,Vicit Leo de tribu iuda. ac proinde Dionyſius de Eccleſiaſtica hierarchia dixit, conuenienter in Sacra ſcriptura tradi nobis ſpiritualia ſub metaphoris corporalium.

PETES III.

An locutio per ironiam ſit mendacium, an per figurum Sinedochem: antequam reſpondeam.

SCiendum eſt,quod ironia,eſt figura in pronunciatione, qua diuerſum oſtendit, ac ſignificat ab eo, quod verba ipſa videntur ſonare,vt ſi dicitur homo vt bonus, qui eſt malus,diues qui eſt pauper, Sapiens qui eſt ſtultus.

RÆſpondetur, locutionem per ironiam non eſſe mendaciũ, nec locutionem per figuram *S*inecdochen, ſcilicet quando pars pro toto accipitur, vt ſi dicatur *P*etrum exiſtere in Cælo, ideſt animã D. Petri, Latrones Chriſtum blaſphemaſſe, dum ſolũ geſtas id egiſſet. *R*atio à priori eſt, nam, vt quis falſum enunciãdo mentiatur, opus eſt, vt dicat falſum, vti falſum, non vti exageratiuũ, vt ſupra dixi. Qui autem enunciat falsũ, vt exageret, nõ dicit falſum, vti falsũ, ſed veluti exageratiuum; nec habet intentionem fallendi, vt ſuppono. ita *DD.* *teſte Sancio in Selectis diſp. 5. nu. 5.*

PETES IV.

An ſit mendacium iocoſum dicere falſum, vti lepidum, et iucundum.

REſpondetur non eſſe mendacium iocoſum dicere falsũ

utile pidum, & iucundum. ita *Suarez* quem citat, & sequitur *Sancius in Selectis disp.* 5. *num.* 5. unde notant *Gabriel. & Azor. cit. a* Sancio *l. cit.* non par est falsum enunciare, & mentiri: falsum enim tunc inuenitur quando res significata per uocem, & uox adæquationem non habent. Tunc uerò mendacium reperitur, quando vox, nec cum re significata, nec cum mente coæquatur; vt si dicatur Titius est primus homo mundi hæc vox est inadæquata rei significatæ; sed non mẽti, quia non enunciat vocem illam, vt illa significet, quod punctualiter, & mathematicè sonat, sed vt significet id quod communiter homines media tali voce concipiunt, scilicet, quod in opinione dicentis, maximi habetur, quod sanè significatum maximè conforme est mẽti dicentis.

An locutio per Charientiſmos ſit mendacium: antequam reſpondeam.

SCiendum eſt, quod locutio per chariẽtiſmos eſt locutio phraſica, qua homo ſalutans ſe gratum, & beneuolum eſſe oſtendit alteri, vt ſi dicatur alicui oſculor tuas manus, ſum tibi ſeruans, & ſimilia.

HIS POSITIS.

REſpondetur non eſſe mendacium, quamuis, ſalutans nõ oſculetur manus; nam ex mente Donati, Quintiliani, Antonij Minciliani ab Antonio Nebriſſenſi relatorum in comento ſuæ artis §§. *de figuris idem eſt, quod Vrbanitas.*

Si quis statim recordatur id quod enunciauit,aliter se habere, an teneatur se retractare,& Palinodiam canere, dicendo se dixisse mendacium.

RESpondetur non esse necessarium se retractare, & canere palinodiã,dicendo se dixisse mendacium: tum quia dum dictum enunciauit,ita se habere, sunt rati audientes,tum quia etiam in mendacio ex aduertentia dicto, necessarium non est mentientibus se retractare;nec præceptum id agendi adest,cum nullus obligetur se peccatorem prodere.at si mendacium in damnum tertiæ personę vergeret,ad retractationem esset astrictus is qui hoc prenunciasset, cum à malo inferendo proximo semper,& vbiq; quilibet abstinere teneatur;seu ab iam illato cessare.ita

Pe-

Petrus Nauarr. quem citat, & sequitur *Sancius in Selectis disp.* 5. *num.* 8.

Limitat Sancius nisi malum illatum ob mendacium pronunciatũ minoris esset momenti; maioris tamen, quod accresceret ex retractatione mentienti; vt si esset persona publica, cuius auctoritas maximè diminueretur cognitione mendacij; Tunc tamen pecunijs, vel alia via satisfaciendum est iniuriæ ex mendacio non retractato prouenienti.

PRAELVDIVM XVIII.

MOnendi sunt pęnitentes quãdo adulatio est peccatum. Nam adulatio, teste *D. Th.* 2. 2. *q.* 115. *art.* 1. dicitur illa quando supra debitum modum virtutis, alios verbis, vel factis in communi conuersatione delectare quærit. *addit. idem D. Th. l. cit.* ad primum quod

lau-

laudare aliquem contingit, & bene, & male pro vt ſcilicet debitæ circũſtantiæ,vel ſeruantur,vel prætermittũtur. Si enim aliquis aliquẽ velit delectare laudando, vt ex hoc eum conſoletur, ne in tribulationibus deficiat, vel etiam,vt in bono proficere ſtudeat alijs debitis circumſtantijs obſeruatis pertinebit hoc ad virtutem amicitiæ. Pertinet autem ad adulationem,ſi quis velit aliquem laudare in quibus non eſt laudãdus, quia forte mala ſunt,ſecundum illud laudatur peccator in deſiderijs animæ ſuæ: vel quia non ſunt certa ſecundum illud Eccleſiaſt. 27. ante ſermonem non laudes virum, & iterum Eccleſ. 11. non laudes virum in ſpecie ſua, vel etiam ſi timere poſſit ne humana laude ad inanem gloriam prouocetur.

Idem D.Th. addit, quod velle placere hominibus propter charitatem nutriendam,vt in eo ſpecialiter

liter pro ficere possit, laudabile est. Secus est si aliquis velit placere hominibus propter inanem gloriam, vel propter lucrum, vel etiam in malo, nam hoc esset peccatum, secund. illud Psal. Deus dissipabit ossa eorum, qui hominibus placent, & *Apost. ad* Galat. 1. *sic ait*, si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem.

Sed Petes verum adulatio sit peccatum mortale.

RESpõdetur ex *D. Th.* 2. 2. *quæ.* 116. *art.* 2. sic cuipiam adulari, vel eius extollẽdo delicta, vel animo lædendi, vel ruinæ alicuius occasionem præbendo, peccatum mortale est: alias verò adulari, vel delectandi causa, vel commodi alicuius consequendi veniale est, & regulariter adulatio numquam excedit limitem peecati venialis. Vnde August. in sermone de purgato-

rio

rio inter peccatum minuta munerat adulationem.

PRAELVDIVM XIX.

SOlent pænitentes se accusare, quod fidem præstiterint homini fide digno, qui narrauit peccata de proximo, vnde, vt bene aduertit *Sancius in Selectis disp. 5. nu. 10.* non tenetur suspẽdere iudiciũ, quãdo audiuit aliquod peccatũ de suo proximo à fide digno cùm adsit facultas determinatè iudicandi, quando res auditur à fide digno. ita etiam docet *Bonacin. tom. 2. disp. 2. q. 6. p. 1. propsit. 1. num. 3. §. 4. ex circumstantia.*

SED PETES I.

¿Quid dicendum? quando fide dignus de alio homine probo delictum enarrat, an possit credere fide digno id quod enarrat de probo homine, puta commisisse delictum.

REspondent DD. quos tacito eorum nomine refert *Sancius*

cius in Selectis disp. 5. *num.* 10. *in fine*, quemlibet audientem teneri ad ſuſpendendum iudicium.

Sed *Sancius l.cit.* docet, quod audiens à fide digno delictum de homine probo, poteſt pro libito ſuo pro vna, aut alia parte iudicare, cùm pro vtraq; æquale interſit iudicium: Sed mihi non arridet ſententia Sancij, ac proinde dico, quod tenetur audiens ſuſpendere iudicium, cum intercedat verum dubium ex utraq; & idcirco dubium uerum non poteſt producere certitudinem cùm effectus debeat eſſe cauſæ ſimilis: Quod ſit dubium probatur quia ex una parte credendum eſt fide digno, ex alia parte in uiro probo non præſumitur delictum niſi probetur, ſed ſola narratio delicti etiam facta à uiro fide digno non facit ſemiplenam probationem abſq; iuramēto, nam communiter docent DD. quod quando teſtis non iurauit nihil pro-

probatur in iudicio.

PETES II.

Vtrum ille peccet mortaliter qui iudicium fert de aliquo in materia graui, quamuis non habeat sufficientia indicia ad ferendum certum, & firmum iudicium, sed solum magnam habet probabilitatem.

Respondetur ex *comm. DD. sententia teste Bonacin. l. cit. nu.* 5. non peccare mortaliter, quia magna probabilitas non longè differt à morali certitudine, etiam si certitudo moralis sit coniuncta cum aliqua formidine de opposito, vt si quis inueniens adolescentem solum cum puella in obscuro cubiculo iudicet tractare obscena, nempe non esse iudicium temerarium, ait *Bon. l. cit.* licet adsit ali-

aliqua formido de opposito.

PRAELVDIVM XX.

MVnus Confessarij est non solum absoluere, sed etiam in posterum euitare peccata, vnde si pænitens ex conscientia erronea commisit peccatum, quod non erat peccatum, tenetur cõfessarius monere illum, ac instruere, nempè dicendo illi non esse peccatum. idem dicitur si rusticus ignoret fornicationem esse peccatum, nimirum etiam teneri confessarium ad docendum illum, dicendo quòd fornicatio est contra ius naturę, ita *Henriquez lib.6.c.28.num.1.* ita etiam docet *Sanchez de matrim.lib.2.disp.38. num.4.* & rationem assignat Sãchex his verbis. Quia quilibet alius tenetur lege charitatis docere, ne ratione huius ignorantiæ multa peccata læthalia, quæ re vera talia non sunt, admittat. Ergo for-

fortiori tenetur confessarius, cui instruendi munus incumbit.

PRAELVDIVM XXI.

PRudentia est valde necessaria, & doctrina confessario. *Primo*, vt inducatur peccator ad aperiendam conscientiam suam, in quo non parua industria opus est, cum infirmis, & ignorantibus. Secundo confessarius debet habere singularem prudentiam ad interrogandum, & inquirendum de his, quæ necessaria sunt ad discernendum mortalia à venialibus, vtq; id fiat sine scandolo infirmorum, ne scilicet admoneatur de quibus alioquin non cogitarent. Tertio debet confessarius inducere pænitentem ad verum dolorem peccatorum, & debet prudenter iudicare, an verè id fiat. ita *Soto tract. de Sacram. lect. 6. de ministro confess. fol. m. bi* 202. immo tenetur confessarius

rius interrogare pænitentes de hoc dolore quoties probabiliter censet huiusmodi dolorem pęnitentes nō habere, vt recte docet *Suarere tom. 4.3.p. disp.32. sect.2.* Quantum ad praxim si pænitens non est valde rudis, & apparet moratus, puta quia in ipsa confessione præbet signa doloris, nullam diligentiam in hoc tenetur Confessarius adhibere: bene tamen faciet proponendo, & consulendo detestationem peccati, & quando non habet signa sufficientia doloris, potest, & debet interrogare pænitentem, an ex animo detestetur peccatum, cui affirmanti credere tenetur, & hoc idem dicendum est de proposito in futurum; neq; oportet, vt confessor sibi persuadeat, & iudicet etiam probabiliter, ita esse futurum, ut pænitentes à peccato abtineant; sed satis est, ut existimet nunc habere tale propositum, quamuis post breue tempus illud mutaturas, ut omnes

DD.

DD.docent teſte *Suarex.l.cit.*& docui in praxi cōfeſſariorum 2. *edit. fol.*28,& 29.ubi addidi hanc praxim,nempe huiuſmodi doctrinam currere in confeſſionibus quotidianis,& extra periculum mortis. Secus eſt dicendum, quando urget periculum mortis; nam tunc tenetur confeſſor facere quantum poteſt,ut pęnitens non decipiatur in re tàm maxima,ut eſt ſalus ęterna; nam contingere poteſt, ut dolor ab ægroto elicitus peccatorum, non ſit ex motiuo ſupernaturali,& conſequenter non conſequatur remiſſionem peccatorum, eo magis ſi infirmus ſit laicus, & parum in literis uerſatus.Et hęc doctrina eſt etiam applicanda infirmo docto, quandoquidem etiam doctus eget tali auxilio,dum laborat febribus, & alijs anguſtijs morbi . Hæc omnia docui in mea praui.

Nunc addo, quod confeſſarius debet oſtendere dictis ægrotis in

arti-

articulo mortis constitutis, motiuum amabilitatis Dei, vt est auctor rerum supernaturalium, & odium erga peccatum, quod est contra Deum summè bonum, & quantum in se est priuat Deus sua essentia, sed hoc implicat, cùm Deus sit ens per essentiam, & talem offensam non potest recipere à creaturis nempè destructionem suiipsius.

Quod Deus per se sit dignus omni amore, patet quia est bonus, bonitas est vero obiectum voluntatis, etiam non considerando beneficia, quæ nobis Deus contulit; & communicauit se creaturis, innumeris ferè modis non solum quia, eas creauit, & conseruat perpetuò, sed quia humanam carnem assumpsit, & redemit homines media passione, ac effusione totius sui sanguinis, & vltimo posuit animam, ac vitam suam propter salutem nostram, & ordinauit, ac creauit nos, vt ipso frueremur æternò, si-

cut ipse Deus se ipso fruitur;& hoc non fecit propter suam vtilitatem, licèt fecerit propter gloriam suã; ratio est, quia Deus est infinitè perfectus nunc, & ante creationẽ mundi idcirco non potest recipere perfectionem à creaturis; alioquin non esset infinitè perfectus. Deniq;debet confessarius viuificare animas,quæ non viuunt,ac proinde necessaria est prudentia ad conuenientem imponendam satisfactionem,& adhibenda remedia salutaria ac coaptata morbis, atq; conditioni infirmi. Hæc si considerentur,terrere possunt, & verè deterrere ab audiendis confessionibus. Nam hæc omnia requirunt, vt apertum est,scientiam, quæ ex lectione, & disciplina Doctorum paratur,& experientia, quæ exercitio ipso virtutum, & expurgatione vitiorum acquiritur, & denique speciale donum Dei. addit, & subiungit *Soto de Sacram. titul. de*

Mini-

Ministro Confessionis lect.6. hęc formalia verba. Non possumus aliter, credere, quam non posse sine graui periculo, ab aliquo huic muneri intēdi audiēdis scilicet confessionibus, & absoluēdis peccatoribus, nisi assidua lectione scripturæ, & patrum, & diligenti auditione, ac consultatione peritorum. Qui aliter agunt, & non solum inexperti, & indocti, sed nihil hæc curantes, hanc quam Gregor. vocat artem artium suscipiunt, nescimus quā rationē reddituri sint Deo, & quomodo excusari possūt.

Debet confessarius suscipere pęnitentem benigno ac sereno hilariq; vultu, non obiurgans, quod sero, vel nimis cito venerit: nam si exsperat in his minutissimis, reddet eum timidum ad declaranda crimina maiora.

Debet Confessarius sedere, & nō alio modo debet audire alium Sacerdotem: nam vituperabile nimis

 est,

est, quod fit apud senes Clericos, quod pænitens sicuti,'& confessarius recumbans supra altare, vel super arcas Sacrestiæ confiteatur. vt bene docet *Hieronymus llamas. de instruct.confess.c.6.§. deinde Sacerdos, & §.est, & aliud*, ait abominandum est, quod aliquis indutus sacris, & Sacerdotalibus vestibus, quæ omninò sanctitatem, charitatem, & innocentiam repræsentant ad diuina peragenda mysteria vocat confessarium, vel in Sacrario, vel quod peius est in ipso altari super quod celebratus est, & ibi confitetur peccata, quæ maxima est ex omni parte incongruentia, & indecentia contra repræsentationem Sacrarum vestium, imo sic indutus Christum redemptorem nostrum mansuetissimum, & innocentissimum repræsentat, ex vtero prodeuntem Virginis immaculatę, vti sponsum de thalamo, stola planeta, siue casula nostrę carnis,

nis, indutum ad celebrandum illam primam missam, & oblationē hostiæ mundissimæ immaculatæ, & postea prostratus ad pedes confessarij; agit personam peccatoris, & verè sordidi,& maculati: Adde quod periculosum est, & contigisse sæpius, quod talis sic indutus sacris contingit confiteri aliquod graue,habens censuram reseruatā, vel à qua confessarius absoluere non potest, vel quia impænitentiā demonstrat, & occasiones peccati non vult pænitentes euitare proximas,& alia simili de causa, qua absolutionem denegare tenetur, & tunc in has angustias incidunt ambo,quod aut ille pænitens, immo potius impænitens dicendus in peccato mortali celebret,aut si iubeatur exui sacris vestibus, scandalum notabile nascatur, & quod sit in mortali omittens celebrare declaretur.

DEbet Confessarius, cum audit confessionem, non aspicere pænitentem, nam aspectus ruborē causat, & impedimento esse poterit integræ cōfessioni. Caueat cōfessarius ne audiēs grauia crimina gemitū emittat, vel motu capitis, vel corporis, vel alio gestu admirationē insinuet, sed post completā cōfessionē debet ostendere pęnitēti grauitatem offensæ Dei, alioqui si ante absolutam confessionem corrigat pænitentem, contingere potest, vt alia peccata non aperiat in confessione, & hoc est valde aduertendum à Confessarijs.

Addo, quod quando confessarius excipit confessionem pænitētis, qui multoties sibi subijecit clauibus eadem peccata, non debet, eum confundere exprobando pænitenti, quod ferè semper de eisdē peccatis cōfitetur, nam testor ego fe-

fecisse talem correptionem, & potius talis correptio attulit damnũ, quã vtile, vt ex signis animaduerti,& vnum scio, quod amplius non excepi eius confessionem; debet verò confessarius corrigere pænitentem, suaui modo, vt non confundatur, & absq; exprobatione peccatorum præteritorum, sed debet recidiuis imponere pænitentiam præseruatiuam, vt timore saltẽ pœne abstineat à peccato, sed quãdoq; non expedit, semper recidiuis imponere pænitentiam pręseruatiuam, quæ sit difficilis ad exequẽdam à penitente, ac proinde magnam prudentiam debet habere confessarius in imponendis pænitentijs, ne deteriores fiant pęnitẽtes, puta non obseruantes pęnitentiam impositam à confessario. Et proinde bene *Gregor. relat. à Soto de Sacram. lection. 6.* de ministro confessionis, appellat artem artiũ munus confessarij. Et medina de

instructione confeſſarij epiſtola ad Patres confeſſores, docet, quod munus prædicandi eſt valde vtile, & ſublime in Eccleſia Dei, ſed munus confeſſarij eſt valde neceſſarium, & includere debet in ſe etiam munus prædicandi, immo verba confeſſarij erga pænitentem debēt eſſe efficatiora illis prædicatoris, qui in genere prædicant verbum Dei, & non in ordine ad particularem perſonam; dicit præterea, quod prędicator incipit opus, & confeſſarius opus incæptum abſoluit.

PRAELVDIVM XXIII.

Confeſſarius, ad hoc, vt bene exerceat munus confitendi multa ſcire debet. Primo debet cognoſcere bonum, & malum. Secundo ſcire quale ſit peccatum mortale, & quale veniale. Tertio debet agnoſcere circumſtantias peccati,

ſal-

saltem illas speciem mutantes.
Quarto scire debet casus reseruatos, nec non censuras quas non potest absoluere, ac etiam irregularitates. Quinto debet scire in quibus casibus tenetur pænitens reiterare cõfessiones. Sexto debet scire confessarius, quando debet pęnitenti absolutionem negare, & quando in aliud tempus differre, vt licitũ est in recidiuis *teste Medina de instruct.conf.fol.*54. Septimo debet scire confessarius examinare peccata cogitationis. Octauo debet scire pænitentem examinare, quando est indoctus, & nescit explicare peccata. Nono debet scire applicare remedia curatiua, ac præseruatiua, ne reincidat pænitens in eadem peccata.

PRAELVDIVM XXIV.

Confessarium non solum debere absoluere peccata, sed

etiam euitare peccata futura, puta instruendo pænitentem de quibus peccat ex conſcientia erronea, vt ſæpenumero incidunt pauperes, ac ignari literarum in ſimilia peccata. Puta quia diebus ieiunij non ieiunant, & tamen ſunt excuſati, vel quia non habent ſufficientem victum pro ieiunio ſeruando, vel quia laborioſam artem exercent, vel quia ſunt ex alia cauſa legitima excuſati à ieiunio, vt ſunt mulieres pregnantes ac lactantes, &c. ac proinde ſi cõfeſſarius de ijs docet pęnitentem, multa peccata euitabit me teſte;

Idem dicitur de alijs præceptis, & præſertim de non laborando in diebus præceptis; nam multi propter paupertatem poſſunt, ſecluſo ſcandalo, exercere ſeruilia in diebus feſtis, puta propter acquirendũm alimentum, vel propter aliam iuſtam cauſam.

PRAELVDIVM XXV.

Debere confessarium non permittere, vt pænitens adsit in occasione proxima peccandi, quoties iusta, ac rationabilis causa non excuset; nam teste, *Nauarr. in summa c.* 13.*nu.*14. occasio proxima peccādi est illa, quæ est peccatum mortale, aut talem occasionem peculiarem, qua credit, vel debet credere confessarius, vel pænitens, numquam, vel rarò se vsurum ea sine peccato mortali, benè perpensis eius circumstantijs.

Dixi: Confessarius, aut pænitens, quia satis est, vt alter eorum credat, aut debeat credere pænitentem peccaturum, positum in tali occasione,

Dixi: numquam, aut rarò, vt excluderem eas occasiones, quibus frequenter vtimur sine peccato mortali, & excluderem eas, quibus rarissimè vtimur sine illo.

Dixi:perpensis circumstantijs: vt significarem, quod hæ occasiones possūt esse causa, vt vni sit causa proxima peccandi, & non alteri: quia possunt facere, vt confessarius, vel pænitens credat, quod numquam, aut rarò per eam est peccaturus.

Potest verò confessarius, teste *Nauarr.l.cit.* communiter recepto, absoluere pænitentem concurrentibus quatuor conditionibus. Prima est vera pænitudo peccatorum. Secunda propositum nō peccandi, Tertia credulitas, quod Deo adiuuante, nō peccabit, cum in ea se inuenerit. Quarta, quod subsit aliqua rationabilis causa non se separandi ab ea.

Sed aduertendum est, quod occasio proxima peccandi varijs modis contingere potest, & secundū diuersas hominum inclinationes, nam sæpenumero accidit, quod visio mulierum, *firmo* oculo, alicui

eſt occaſio proxima peccandi, ac proinde tenetur quis non firmo oculo inſpicere mulierem, ſed per modum tranſeuntis. Idcirco moneo Patres confeſſarios, vt interrogent pænitentes iuuenes ſubijcientes clauibus multa peccata carnalia, & præſertim peccata deſiderij; an viſio firma mulierum fuerit occaſio proxima præteritorum peccatorum. Alijs verò bene moratis non erit occaſio proxima peccandi inſpicere fæminam, etiam firmo, ac ſtabili oculo. Itē aliquando tranſitus per talem viam erit alicui occaſio proxima peccandi, ac proinde pænitens tenetur non tranſire per illam viam. Itaq; prudens, ac doctus confeſſarius antequam impendat abſolutionem debet præcipere pænitentibus, vt ei manifeſtet occaſionem, quā habēt peccandi. Nam multoties conuerſatio cum hominibus, malæ vitæ, vel auditio rerum contra hone-

ſtatem, erit alicui occaſio proxima incidendi in peccata, & ideo tenetur auferre eiuſmodi occaſionem; Vnde confeſſarius ſi bene conſiderat hæc omnia non ita erit velox ad abſoluēdum pænitentem; iuxta illud ſcripturæ nemini cito manus impoſueris.

PRAELVDIVM XXVI.

PRudens confeſſarius non debet cum omnibus perſonis ſeruare eundem modum interrogandi ſed iuxta ſtatum, ac conditione penitentis; nam rediculum erit interrogare Sacerdotem, an vendiderit carnem contra aſſiſam, vel ſi erit laicus penitens, ſi commiſerit Simoniam, vel non recitauit officium diuinum, nam, licèt hæc peccata poſſint commicti à dictis perſonis, tamen nō communiter, ac frequenter accidit, prætetea confeſſarius alio modo debet inter-

interrogare pænitentem ; qui subiecit ei peccata multorum annorum, quam alium, qui non est confessus per paucos dies, & rursus, qui non confessus est in multo tẽpore, sed non multa peccata commisit; alio modo est interrogandus, quam alius, qui multa crimina perpetrauit.

Verum reperiuntur aliqui pænitentes, qui nesciunt cõfiteri peccata, & peccata venialia primò subijciunt clauibus; & alia omittunt mortalia, confiteri ex ignorantia, ac proinde confessarius non debet esse contentus illa confessione, sed debet prudenti modo interrogare circa pręcepta Decalogi an contra illa commiserit aliquid: hæc doctrina est applicanda, quando pænitens est ignarus, & diù stetit ad non confitendum.

Et quando est doctus sed non bene explicat peccata, etiam iuuãdus est medijs interrogationibus,
nam

nam qui non dat operam studio rerum moraliam, licèt sic doctus in alijs materijs, tamē potest errorem commictere in manifestandis peccatis, ac propterea confessarius debet supplere eius defectum. Vnde valde miror, quando confessarius excipit confessionem hominis indocti, & cōfessio eius est diuturna, & non loquitur, sed solum audit confessionem, non interrogando pænitentem, persuadere mihi debeo, quod solum peccata venialia audiat, sed vnū scio, quod multi pænitentes quando à confessario non sunt interrogati non satisfacti discedunt à confessionario & putant illam confessionem non fuisse bene factam, & cupiunt eam repetere.

Præterea quando non interrogatur pænitens à confessario non solum penitens ignarus discedit ab illo nō satisfactus sed sæpæ numero non sunt omnia peccata

confessa, & illa, quæ fuerunt confessa non fuerunt bene explicata, ac proinde pænitens, etiam de illis peccatis è se confessis non est bene satisfactus, & incidit in scrupulos conscientiæ, & quærit alium confessarium vt possit consulere animę suæ, & ideo illa confessio parũ proderit pænitenti; e cõtrario verò quando confessarius interrogat pęnitentem, circa numerum, ac speciem peccatorũm, & medijs interrogationibus circa præcepta decalogi facit accurere memoriæ pęnitentis peccata eius consolatus discedit à confessionario, nec vexatus scrupulis, sed solũ dat operam ad exercendos actus Christianæ virtutis. rogo confessarios, vt bene agant suum munus, quia Deus si dat coronam vigilãtibus, tanto amplius laborantibus.

HIS POSITIS.

Præludijs.

DEbet confessarius antequam incipiat audire confessiones eleuare mentem in Deum, vt recte, & ad laudem, & honorem Dei, animarumque salutem, possit hoc Sacramentum ministrare, & non intuitu temporalis pręmij.

Primo si excepit confessionem rudis personæ debet interrogare à quanto tempore non est confessus, secũdo an bene egerit, examen conscientię. Si pęnitens nihil de peccatis cogitauit nõ est audiendus, nisi esset periculum mortis, aut putaretur damnum alioquin graue secuturum: tunc examinandus est meliori modo quo potest, & audiendus, & absoluendus est. idem dicitur dum sumenda est Eucharistia, quæ differri nequeat sine scandalo, *Nauarr. in cap. fratres nu. 94. & 55. diligens de pœnit. dist. 6. nu.*

*nu.*15. quem sequitur *Emanuel Sa. verbo confessor num.*13.

Tertio si excipit confessarius confessionem hominis docti non sunt facienda dictę interrogationes regulariter: dixi regulariter, quia interdum accidit, quod respectu vnius scientiæ homo sit doctus, ignarus verò respectu moralis scientię, ac proinde quando ex coniecturis putat confessarius, pænitentem egere dictis interrogationibus, ijs vti debere.

Quartò expediēs esse, vt confessarius sciat conditionem, ac statum pænitentis, ad hoc ut possit medijs interrogationibus iuuare pænitentem circa integritatem confessionis in eo, quod deficit penitens.

Quinto quando penitens explicat peccata confessori, sed confuso modo non explicando speciem, neque numerum, non debet confessarius permittere pænitenti, vt

alia

alia peccata confiteatur, nisi prius confessarius interrogauerit numerum, ac speciem peccati illius confessi sed malè, nam fere impossibile est, vt confessarius possit recordari peccata prius confessa, séd mala explicata; & quoad numerum, & speciem, in fine confessionis quando eius confessio est multorum annorum.

Sexto monere debet cōfessarius penitenti rudi, vt prius peccata mortalia confiteatur, deinde leuia. fateor verò esse hoc difficile respectu omnium personarum, tū quia non agnoscunt mortalia, & venialia, tum quia si non dicunt historiā facti, non possunt explicare peccata. Verum debet confessarius quātum potest operari, vt confessio sit breuis, & inutilia relinquat pænitens, quandoquidem speciem, & numerum peccatorum tenetur pęnitens confiteri, ac etiam occasionem proximam peccandi, etiam si

habeat

habeat iuſtam cauſam perſeuerandi in ea, poſito, quod per ſe non ſit ſatis ad iudicandum, an ſine peccato poſſit in ea perſeuerare, & neſciat remedia efficacia ad euitandum quantum poteſt periculum peccati.

Septimo debet confeſſarius ad-
iertere, quando excuſat peniten-
em à peccato mortali, vel ratione
gnorantiæ inuincibilis, vel ratio-
e indeliberationis, puta quia pæ-
itens quando peccauit non habe-
at libertatem ſufficienté ad pec-
itum mortale, non incumbere, vt
nitens explicet numerum pec-
torum; nam ſi fuerunt venialia,
c etiam eſt opus, vt numerus ex-
icetur, quia non ſunt materia
ceſſaria, vt omnes doctores do-
nt.

Octauo debet cõfeſſarius, quan-
excipit confeſſionem hominis
octi, interrogare, an ſciat ſym-
um apoſtolicum, & ſi dicat ſci-

re, interroget confessarius pænitentem, an sciat latino sermone, an vulgari idiomate. Si dicat scire latinè, imponat onus vt ediscat vulgari idomate, nam idem est nō intelligere, ac nescire, vt docui in praxi confessariorum 2.*edit.fol.*31. Si dicat illud scire italicè nempe in lingua, quam intelligit, faciat illud recitare, & multoties inuenies, quod latine recitabit, & supposito, quod illud in suo idiomate recitet, non ob id, sciet, quod significet, nec declarationem articulorum, qui in symbolo continētur vt sæpe sepius expertus sum, ac proinde cōfessarius debet in actu confessionis instruere illum, saltem de illis articulis qui sunt necessarij necessitate medij, & imponere onus, vt ediscat alios, medio *P*arochi ope, vel alterius. Debet confessarius antequam impendat absolutionem, declarare pænitenti mysterium *S*anctissimæ Trinitatis incar-

arnationis Iesu Christi. Et quod
)eus sit,& sit remunerator rerum
ıpernaturalium. Debet etiã con-
:ssarius instruere pęnitenti rudi
uid sit Sacramentum pænitentiæ.
t quid Sacramentum Euchari-
ię;ego sic interrogo pænitentem.
i quis post absolutionem pecca-
ırum, statim moriretur, saluabi-
ır; Si ipse respondet, quod acqui-
:t æternam salutem, iam scit Sa-
amentum pęnitentiæ, quod
ɔntinet remissionem peccato-
ım, & implicite cognoscit,
ıod ab inimico fit amicus Dei
edio Sacramento pænitentiæ,
ıoad Sacramẽtum Eucharistię sic
terrogo an sciat eum, qui conti-
tur in hostia consecrata, si res-
ɔndet adesse Christum, denuo in-
:rogo, an sub qualibet parte ho-
æ contineatur Christus si hostia
ıngeretur, si respondet affirma-
ie: rursus interrogo, an si quis
ıst mediam noctem biberet pau-
lulum

lulum aquæ liceret ei mane sumere Eucharistiam; si respondet non licere. Non esse amplius interrogandum; nam licèt de rigore debeat scire pænitens, quod non potest communicare, nisi præuia absolutione Sacramentali, respectu peccatorum mortalium, tamen moralier potest credi, quod vnusquisq; etiam rudis sciat hoc, nisi aliter ex coniecturis sit iudicandũ. Quoad mysterium Trinitatis vnũ aduerto, quod reperiuntur pænitentes, qui interrogati quomodo vocantur personę Sanctissimæ Trinitatis respondent esse tres scilicèt Patrem Filiũ Spiritus Sãcti, quod est falsum, quia Spiritus Sanctus non est Pater filii, ac proinde confessarius debet instruere pænitenti vt dicat partlculam, &, nimirum Pater, Filius, & Spiritus Sanctus. Alij verò dicunt, dicunt Patrem, Filium, & Spiritum, sed non continuant sermonem, sed si-

ſtunt in verbo ſpiritum, & deinde, dicunt Sanctum. Vnde nec etiam, hoc eſt permittendum à confeſſario, ſed debet docere, vt totum ſimul proferant Spiritum Sanctum, abſq; interuallo ſermonis, quãdoquidem Spiritus Sanctus eſt vna, perſona, ſicuti eſt Ioannis Vincentius, vel Iacobus Antonius; quando verò verbum ſpiritus ſeiungitur à verbo Sancto videntur eſſe, duæ perſonæ, ac proinde ad tollẽdum hunc errorem continuatè, & abſq; mora temporis proferendus eſt Spiritus Sanctus: Et monendi ſunt pænitentes, vt euitent hunc modum loquendi.

Quoad myſterium incarnationis aduerto, quod reperiuntur aliqui, qui interrogati, quæ eſt perſona Sanctiſſimæ Trinitatatis, quæ aſſumpſit carnem humanam, & ſubijt mortem pro genere humano, reſpondent Ieſum Chriſtũ aſſumpſiſſe carnem humanã, quod

PETES I.

An quis teneatur memoriter ſcire Symbolum.

RESpondetur, quod non tenetur chriſtianus illud memoriter ſcire eo ordine, quo contineri ſolet in doctrina chriſtiana, ſed ſatis eſt ſcire ſenſum, & veritatem articulorum: immo etiam ſufficit ſi interrogari ſciant reſpondere; eſſet tamen veniale graue non memoriter ſcire, ita *Filiuccius tract.* 22.*cap.* 2.*num.*37. *Nauarr. cap.*11.*num.*22. *& Azor lib.* 8.*cap.* 7.*queſt.*5.

PETES II.

Quot ſunt articuli fidei neceſſarij ſimpliciter, vt ſciantur ab omnibus hominibus ita, vt neſcientes eos non poſſint adipiſci vitam æternam: antequam reſpondeam.

SVppono articulos alios eſſe neceſſarios neceſſitate medij, alios

alios vero necessitate præcepti,

HIS POSITIS.

REspondetur quatuor articulos post promulgationem Euangelij esse necessarios, vt sciantur à christianis necessitate medij scilicet, quod Deus sit, & sit remunerator rerum supernaturalium, & quod secunda persona Sanctissimę Trinitatis sit factus homo, & mortuus pro nobis. Et quod sit trinus in personis, & vnus in essentia, & hoc explicitè tenetur quiuis christianus, etiam si sit rudis saltem secundum substantiam, exempli gratia in articulo Trinitatis, satis est, si intelligatur Patrē Filium, & Spiritum Sanctum esse vnum Deum, sic etiam ad incarnationis mysterium credēdum sufficit, Christum esse filium Dei verum Deum, & verum hominem. Ita *DD. teste Layman lib. 2. tract. 1. c. 8. assert. 4.*

HIS POSITIS.

Præludijs.

DEbet confeſſarius antequam incipiat audire confeſſiones eleuare mentem in Deum, vt recte, & ad laudem, & honorem Dei, animarumque ſalutem, poſſit hoc Sacramentnm miniſtrare, & non intuitu temporalis ptęmij.

Primo ſi excepit confeſſionem rudis perſonæ debet interrogare à quanto tempore non eſt confeſſus, ſecũdo an bene egerit, examen conſcientię. Si pęnitens nihil de peccatis cogitauit nõ eſt audiendus, niſi eſſet periculum mortis, aut putaretur damnum alioquin graue ſecuturum: tunc examinandus eſt meliori modo quo poteſt, & audiendus, & abſoluendus eſt. idem dicitur dum ſumenda eſt Euchariſtia, quæ differri nequeat ſine ſcandalo, *Nauarr. in cap. fratres nu.* 94. & 55. *diligens de pœnit. diſt.* 6. *nu.*

nu.15. quem sequitur *Emanuel Sa. verbo confessor num*.13.

Tertio si excipit confessarius confessionem hominis docti non sunt faciendę dictę interrogationes regulariter: dixi regulariter, quia interdum accidit, quod respectu vnius scientiæ homo sit doctus, ignarus verò respectu moralis scientię, ac proinde quando ex coniecturis putat confessarius, pænitentem egere dictis interrogationibus, ijs vti debere.

Quartò expediēs esse, vt confessarius sciat conditionem, ac statum pænitentis, ad hoc ut possit medijs interrogationibus iuuare pænitentem circa integritatem confessionis in eo, quod deficit penitens.

Quinto quando penitens explicat peccata confessori, sed confuso modo non explicando speciem, neque numerum, non debet confessarius permittere pænitenti, vt

alia peccata confiteatur, nisi prius confessarius interrogauerit numerum, ac speciem peccati illius confessi sed malè, nam fere impossibile est, vt confessarius possit recordari peccata prius confessa, sed mala explicata, & quoad numerum, & speciem, in fine confessionis quando eius confessio est multorum annorum.

Sexto monere debet cõfessarius penitenti rudi, vt prius peccata mortalia confiteatur, deinde leuia. fateor verò esse hoc difficile respectu omnium personarum, tũ quia non agnoscunt mortalia, & venialia, tum quia si non dicunt historiã facti, non possunt explicare peccata. Verum debet confessarius quãtum potest operari, vt confessio sit breuis, & inutilia relinquat pænitens, quandoquidem speciem, & numerum peccatorum tenetur pęnitens confiteri, ac etiam occasionem proximam peccandi, etiam si

habeat

habeat iustam causam perseuerandi in ea, posito, quod per se non sit satis ad iudicandum, an sine peccato possit in ea perseuerare, & nesciat remedia efficacia ad euitandum quantum potest periculum peccati.

Septimo debet confessarius aduertere, quando excusat penitentem à peccato mortali, vel ratione ignorantiæ inuincibilis, vel ratione indeliberationis, puta quia pænitens quando peccauit non habebat libertatem sufficientẽ ad peccatum mortale, non incumbere, vt pœnitens explicet numerum peccatorum; nam si fuerunt venialia, nec etiam est opus, vt numerus explicetur, quia non sunt materia necessaria, vt omnes doctores docent.

Octauo debet cõfessarius, quando excipit confessionem hominis indocti, interrogare, an sciat symbolum apostolicum, & si dicat scire,

re, interroget confessarius pœnitentem, an sciat latino sermone, an vulgari idiomate. Si dicat scire latinè, imponat onus vt ediscat vulgari idomate, nam idem est nõ intelligere, ac nescire, vt docui in praxi confessariorum *2.edit.fol.31.* Si dicai illud scire italicè nempe in lingua, quam intelligit, faciat illud recitare, & maltoties inuenies, quod latine recitabit, & supposito, quod illud in suo idiomate recitet, non ob id, sciet, quod significet, nec declarationem articolorum, qui in symbolo continẽtur vt sæpe sepius expertus sum, ac ꝓinde cõfessarius debet in actu confessionis instruere illum, saltem de illis articulis qui sunt necessarij necessitate medij, & imponere onus, vt ediscat alios, medio *Parochi* ope, vel alterius. Debet confessarius antequam impendat absolutionem, declarare pænitenti mysterium *Sanctissimæ* Trinitatis in-
car-

carnationis Iesu Christi. Et quod Deus sit,& sit remunerator rerum supernaturalium. Debet etiã confessarius instruere pęnitenti rudi quid sit Sacramentum pænitentiæ. Et quid Sacramentum Eucharistię; ego sic interrogo pænitentem. Si quis post absolutionem peccatorum, statim moriretur, saluabitur; Si ipse respondet, quod acquiret æternam salutem, iam scit Sacramentum pęnitentiæ, quod continet remissionem peccatorum, & implicite cognoscit, quod ab inimico fit amicus Dei medio Sacramento pænitentiæ, quoad Sacramẽtum Eucharistię sic interrogo an sciat eum, qui continetur in hostia consecrata, si respondet adesse Christum, denuo interrogo, an sub qualibet parte hostiæ contineatur Christus si hostia frangeretur, si respondet affirmatiue: rursus interrogo, an si quis post mediam noctem biberet paululum

lulum aquæ liceret ei mane ſumere Euchariſtiam; ſi reſpondet non licere. Non eſſe amplius interrogandum; nam licèt de rigore debeat ſcire pænitens, quod non poteſt communicare, niſi præuia abſolutione Sacramentali, reſpectu peccatorum mortalium, tamen moralier poteſt credi, quod vnus quiſq; etiam rudis ſciat hoc, niſi aliter ex coniecturis ſit iudicandū. Quoad myſterium Trinitatis vnū aduerto, quod reperiuntur pænitentes, qui interrogati quomodo vocantur perſonę Sanctiſſimæ Trinitatis reſpondent eſſe tres ſcilicèt Patrem Filiū Spiritus Sācti, quod eſt falſum, quia Spiritus Sanctus non eſt Pater filii, ac proinde confeſſarius debet inſtruere pænitenti vt dicat particulam, &, nimirum Pater, Filius, & Spiritus Sanctus. Alij verò dicunt, dicunt Patrem, Filium, & Spiritum, ſed non continuant ſermonem, ſed ſi-
ſtunt

ſtunt in verbo ſpiritum, & deinde dicunt Sanctum. Vnde nec etiam hoc eſt permittendum à confeſſario, ſed debet docere, vt totum ſimul proferant Spiritum Sanctum, abſq; interuallo ſermonis, quãdoquidem Spiritus Sanctus eſt vna perſona, ſicuti eſt Ioannis Vincentius, vel Iacobus Antonius; quando verò verbum ſpiritus ſeiungitur à verbo Sancto videntur eſſe duæ perſonæ, ac proinde ad tollẽdum hunc errorem continuatè, & abſq; mora temporis proferendus eſt Spiritus Sanctus: Et monendi ſunt pænitentes, vt euitent hunc modum loquendi.

Quoad myſterium incarnationis aduerto, quod reperiuntur aliqui, qui interrogati, quæ eſt perſona Sanctiſſimæ Trinitatatis, quæ aſſumpſit carnem humanam, & ſubijt mortem pro genere humano, reſpondent Ieſum Chriſtũ aſſumpſiſſe carnem humanã, quod

dictum est male in rigore Theologico, quia Iesus Christus significat, non solum humanitatem, sed etiam Diuinitatem, vnde hic modus loquendi aliud non significat, quod Deus, & homo, est factus homo, & idcirco debet confessarius docere pænitẽtem, vt discat, quod filius Dei factus est homo. Alij vero dicunt filium B.V. assumptisse carnem humanam, quod etiam est falsum, vt per se patet: quod Deus sit auctor rerum supernaturalium potest confessarius ostendere pænitenti, hoc modo quia Deus ex sua benignitate, ac intuitu meritorum Christi ordinauit genus humanum, ad fruendum Deo æternum, quod humanum genus circa visionem Dei intuitiuam ex suis intrinsecis nõ habebat appetitum innatum, sed tantum non repugnantiam, ac proinde eget lumine gloriæ, vt possit homo intuitiuè videre Deum.

Debet etiam scire quemlibet hominem non solum articulos fidei, sed etiam orationem Dominicalem, nempe Pater noster, & decē præcepta Decalogi. Quæ infra declarabimus sigillatim.

Quoad orationem dominicalem satis est, vt pœnitens sciat, quod continetur in illa ratione, nempè vt Deus sit cognitus à creaturis, & quod impendat ei gratiam, vt possit obseruare suam Sanctissimam legem. Vt docui cum *DD. à me cit. in praxi confessariorum 2. edit. fol. 31.*

Sed antequam aggrediar explanationem præceptorum Decalogi, medijs aliquibus dubijs, ac petitionibus declarabo doctrinam à me traditam, sed non distintam.

PETES I.

An quis teneatur memoriter ſcire Symbolum.

RΕſpondetur, quod non tenetur christianus illud memoriter ſcire eo ordine, quo contineri ſolet in doctrina christiana, ſed ſatis eſt ſcire ſenſum, & veritatem articulorum: immo etiam ſufficit ſi interrogari ſciant reſpondere; eſſet tamen veniale graue non memoriter ſcire, ita *Filiuccius tract. 22. cap. 2. num. 37. Nauarr. cap. 11. num. 22. & Azor lib. 8. cap. 7. queſt. 5.*

PETES II.

Quot ſunt articuli fidei neceſſarij ſimpliciter, vt ſciantur ab omnibus hominibus ita, vt neſcientes eos non poſſint adipiſci vitam æternam: antequam reſpondeam.

SVppono articulos alios eſſe neceſſarios neceſſitate medij, alios

alios vero necessitate præcepti.

HIS POSITIS.

RESpondetur quatuor articulos post promulgationem Euangelij esse necessarios, vt sciantur à christianis necessitate medij: scilicet, quod Deus sit, & sit remunerator rerum supernaturalium: quod secunda persona Sanctissimę Trinitatis sit factus homo, & mortuus pro nobis. Et quod sit trinus in personis, & vnus in essentia, & hoc explicitè tenetur quiuis christianus, etiam si sit rudis saltem secundum substantiam, exempli gratia in articulo Trinitatis, satis est, si intelligatur Patrē Filium, & Spiritum Sanctum esse vnum Deum, sic etiam ad incarnationis mysterium credēdum sufficit, Christum esse filium Dei verum Deum, & verum hominem. Ita *DD. teste Layman lib. 2. tract. 1. c. 8. assert. 4.*

Verum sciendum est; quod explicita fides Sanctissimę Trinitatis, & incarnationis Verbi, etiam post promulgationem Euangelij non esse necessariam necessitate medij, vt multi *DD.affirmãt,teste Layman l.cit.* vt sunt Richardus, Soto Bartolomeus Medina, Michel Medina, Vega, & alij, alioquin Surdis, & mutis esset desperata ferè salus, dicũt hi *DD.* cum impossibile sit medijs signis demonstrari supradicta mysteria.

PETES III.

An ignorans contenta in Symbolo absolui possit.

Respondıtur ex *Filuccio l.cit. sed num.* 42. si nesciat omnino necessaria absolutè cognitione illa quæ includitur in fide eorumdem, sic absoluendus non est, nisi primum breuiter instruatur: ita, vt ex-

explicitam eorum fidem cōcipiat, & promittat se curaturum, vt ea plenius addiscat.

PETES IV.

An teneatur confessarius semper quando audit confessiones interrogare pœnitentes an sciat rudimenta fidei præcepta decalogi etc.

Respondetur personæ nobiles, aut quæ in pueritia benè, & honestè sunt educatę in Ciuitatibus, & oppidis ciuilibus non videntur interrogandæ. Rustici, & Rudiores sunt interrogandi, vt docent *DD.& ego docui in praxi confessariorum* 2.*edit.fol.*30. Sed nunc addo, quod si confessarius semel interrogauit pęnitentem de supradictis articulis fidei, decem præceptis &c.non tenetur amplius interrogare illum, quando iterum

excipit confessionem eius, nã supponendum est, quod edidicit supradicta, dum habuit præceptum, à confessario, vt edisceret in casu, quo ille in prima confessione nesciuit, quod tenebatur scire.

Addo prçtereà quandoq; etiam nobiles, & in aliqua scientia docti ignorant, quod tenẽtur scire, quod potest confessarius animaduertere ex modo confitendi pænitentis, qui interdum nescit explicare peccata, ac proinde prudens confessarius debet suaui modo cum interrogare de præceptis prædictis. Dixi, prudens confessarius, & suaui modo, nam si statim, & sine modo, interrogat personam nobilem si sciat doctrinam christianã, ac articulos fidei, decem præcepta. &c. potest prēbere ei occasionem scandali, quandoquidem recipiũt eiusmodi interrogationem tamquam offensam, putantes dictam interrogationem solum pueris esse

fa-

faciendam, & sæpissimè pueri sciūt supradicta, & homines maturę ętatis nesciunt quasi nihil de fide catholica, vt sæpe sępius expertus sum.

PETES V.

An teneatur confessarius interrogare pęnitentem, an sit vere dispositus ad recipiendam absolutionem Sacramentalem.

RESpondetur, quod Confessarius tenetur interrogare pęnitentem de dolore peccatorum sufficienti ad recipiendam absolutionem Sacramentalem, quoties probabiliter censet huiusmodi dolorem pænitētes non habere, vt rectè docet *Suarez. 3. p. tom. 4. disp. 32. sect.* 2. quātum ad praxim, si pænitens non est valde rudis, & apparet moratus, puta quia in ipsa con-

fessione præbet signa doloris, nullam diligentiam in hoc tenetur confessarius adhibere: bene tamen faciet proponendo, & consulendo detestationem peccati, & quando non habet signa sufficientia doloris, potest, & debet interrogare pænitentem, an ex animo detestetur peccatum, cui affirmanti, credere tenetur, & hoc idem dicendũ est de proposito in futurum; Neq; oportet, vt Confessor sibi persuadeat, & iudicet etiam probabiliter, ita esse futurum, vt pænitentes à peccato abstineant; sed satis est, vt existimet nunc habere talem propositum, quamuis post breue tempus illud sit mutaturus, vt omnes DD. *docent teste Suarex l. cit.*

In mea praxi cõfessariorũ 2. edit fol. 29. dixi eiusmodi doctrinam currere in confessionibus quotidianis, & extra periculum mortis. Secus dicendum est, quando vrget

pe-

periculum mortis, nam tunc tenetur confessarius facere quantum potest, vt pænitens non decipiatur in re tam maxima, vt est salus æterna; nam contingere potest, vt dolor ab ægroto elicitus peccatorum non sit ex motiuo supernaturali, & consequenter non consequatur remissionem peccatorum, eo magis si sit infirmus laicus, & parum in literis versatus, & hæc doctrina est etiam applicanda infirmo docto quandoquidem etiam doctus eget tali auxilio dum laborat febribus, & alijs angustijs morbi. hęc dixi *loc. cit.* Sed nunc addo, quod quando confessarius debet interrogare pænitentem de supradicto dolore in ordine ad recipiendam absolutionem Sacramentalē, debet etiam pænitenti ostendere deformitatem peccati, & bonitatem Dei, nam peccatum non potest odio haberi nisi apprehendatur sub ratione mali, nec aliquem dili-

gi,nisi ratione boni,nam obiectum voluntatis est bonum,& malum,in hoc sensu,bonum,actu prosecutionis,malum vero actu fugæ . & quia in hac vita non videmus Deum, intuitiue , sed per speculũ in enigmate,& peccatum amplectimur vt bonum delectabile , id circo confessarius debet apprimè operam dare,vt apprehendatur peccatum, vt malum,& Deum vt bonum , vt possit voluntas odio habere peccatum,& diligere Deum,ac proinde operepretium est ostendere pænitenti bonitatem Dei ex creaturis iuxta illud D. Pauli inuisibilia Dei per ea,quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, & præcipue emicat bonitatem Dei ex beneficijs impensis creaturæ rationali , puta quia creauit,conseruat,& eleuauit hominem ad fruendum Deo quod est proprium Dei,& redemit nos sanguine suo post peccatum Adæ,media sua passione, vsque ad effu-

effusionem totius sui sanguinis, quod non erat necessarium ad reparandum captum Adę, etiam de rigore iustitiæ, nō quodlibet opus Christi erat infiniti ualoris ratione vnionis hypostaticæ, vnde colligitur infinitus amor quem erga creaturas ostendit, dum tot magna tormenta pro nobis est Passus.

Quàm malum sit peccatum per se pater quia quantum est ex se est destructiuum bonitatis Dei si Deus esset capax huius mali. est causa damnationis æternæ, & est contra rationem, & subijcitur homo per peccatum demoni. ac denique præscindendo à beneficijs collatis creaturis, quia præaccipit Deus omnem bonitatem creatam est diligibile supra omnem bonitatem huius mundi.

Nescio verò quomodò rudes homines facilè possunt elicere huiusmodi actus nisi sunt instructi à confessarlo, nam licet viribus na-

turæ actus supernaturales non possunt fieri, tamen Deus media causa secunda interdum, conferre gratiam hominibus, vt patet ex illo facto Pauli, qui vocatus à Deo ad pęnitentiam, noluit tamen per seipsum instruere illum ac certum facere de sua voluntate, sed misit eum ad Ananiam.

Nono debet confessarius aduertere, quod multi pęnitentes commiserunt aliquod peccatum mortale in se, sed ratione ignorantię inuincibilis, vel indeliberationis fuerunt excusati à peccato mortali, sed pęnitentes confitentur illud, vt iam commissum cum omnibus requisitis sufficientibus ad lęthale peccatum, ac proinde confessarius cùm sit iudex, debet examinare, an pænitens reipsa commiserit peccatum; quoad ignorantiam inuincibilem, multi pęnitentes dicunt, quod commiserunt, sciuisse fuisse peccatum, sed post factum, ante factum

ctum verò laborabant ignorantia inuincibili,& consequenter fuerūt excusati à peccato mortali, vnde confessarius debet interrogare pœnitentem, an ante sacrum habuerint eiusmodi ignorantiam, vt possit rectum iudicium facere de peccato commisso, vel non commisso, nam scientia peccati post factum non efficit, vt peccatum non sit excusatum ante factum ex ignorantia inuincibili. Quantum ad praxim hęc interrogatio facienda est pęnitentibos indoctis, & non de omnibus peccatis, quę pænitens clauibus subiicit, sed de peccatis, quæ facilè possūt excusari ex ignorantia inuincibili, nisi aliter ex cōiecturis iudicandū est, nam quandoque reperiuntur homines, tam rudis ingenij vt sit necessaria interrogatio de peccatis in se quasi claris, an laborabant ignorantia inuincibili. quando ante factum operati sunt illud opus in se pecçami-

caminosum v. g. quando quis tacuit peccatum in confessione putans habuisse iustam causam illud non manifestandi, & re ipsa non habebat iustam causam, vel putabat posse dimidiare confessionem, & alij confessario illud clauibus subijcere. nam DD.teste facundex *præcept.2.lib.3.c.3.num.8.* docent posse dari ignorantiam inuincibilem obligationis confitendi peccati mortalis, etiam si cum scientia peccati mortalis ante factum, illud commiserit, & consequenter non esse repetendam confessionem, sed satis esse vt in illa confessione confiteantur peccata non confessa, & non tenetur ad aliud, quia illa ignorantia excusat, vt docui in praxi confessariorum *2. edit. fol.* 512.

SED

SED

PETES I.

Quando potest cognoscere confessarius si penitens laborauit ignorantia inuincibili quando operatus est opus in se peccaminosum.

REspōdetur ex DD. *teste Sanchez in summa lib.*1.*c.*16.*nu.*27. cognosci ex hoc quando nulla vel aliqua non sufficiens ad contrahendam culpam læthalem occurrit eis ratio dubitandi, an sit peccatum, vel non.

PETES II.

Circa, quam rem dari potest ignorantia inuincibilis.

REspōdetur ex communi *DD. teste Sanchez in summa lib.*

1.cap.

1.*cap.16. num.33.* non posse dari ignorantiam inuincibilem circa prima principia iuris naturæ per se nota. qualia. sunt bonum esse faciẽdum, malum euitandum: Quod tibi non vis, alteri ne feceris.

Addit *Valent.1.2.disp.6.qu.6.p.1. cor.7.* neque dari posse ignorantiã inuincibilem de aliquibus pręceptis decalogi, vt Deum esse colendum, & parentes honorandos.

Respondetur secundo ex DD, *teste Sanchez loc.cit.* de ijs præceptis decalogi, dari posse ignorantiam inuincibilem, quæ apparenter vestita sunt ratione boni; vt furtum licere ad nõ erogandam eleemosynam, vel periurium ad protiam, vel alienam vitam tuendam.

Immo ait *Sanchez*, probabilius esse, etiam de actibus internis dari posse ignorantiam inuincibilem, vt si v.g. Rusticus à viro existimato docto, ac pio audijsset fornicationem, & furtum externa esse peccati,

cata, at licere fornicandi, aut furãdi desiderium.

Præterea addit *Sanchez l. cit. sed num.* 18. ignorantem inuincibiliter esse peccatum operari cum practico dubio honestatis obiecti non peccare operando cum illo. vt si Rusticus dubitet, an in die veneris liceat sibi lacticiniorum esus, & manente hoc dubio practico edat, ignorans tamen inuincibiliter esse peccatum cum eo dubio operari, non peccat, quia sic operando non exponitur periculo peccandi.

Præterea docent *Laymau.* 2. *lib.* 4. *tract.* 6. *cap.* 8. *& Sanchez in summa cit. à* Diana *tom.* 2. *tract. de Sacram. resol.* 108. de pollutionibus volũtarijs posse dari ignorantiam inuincibilem.

Addunt denique DD. nempè *Azor. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 3. citans Sotum, & alij *D*D. quos citat, & sequitur *Filiuccius tom.* 2. *tract.* 30. *num.* 50. posse dari ignorantiam inuin-

inuincibilem de fornicatione saltē apud gens destitutas doctoribus, & scientia rerum moralium.

Dixi apud certas gentes distitutas doctoribus quia apud christianos degentes in Ciuitatibus, & oppidis in quibus fiunt conciones, aliquando, visitantur ab Episcopis &c. vix credibile est posse dari eiusmodi ignorantiā, vt sensiunt *Azor Angelus*, *Sylu. & Nauarr. cit. a Filiuccio.* facilius verò est ignorari posse fornicationem cum meretricibus expositis non esse peccatum, quam cum muliere vaga. Multi enim vulgares homines sunt, qui nesciunt distinguere, inter peccata permissa, & non prohibita quoad pænam, non quo ad culpam, & ex eo, quod non punitur fornicatio simplex, sed impunè permittuntur meretrices, putant etiam non esse peccatum ad eas accedere, quod etiam in Ciuitatibus alioquin bene institutis in fide, & religione

per-

perſepè locum habet,vt ij,qui conſeſſionem excipiunt recte norunt, vt docui in *tract. de Miſcellaneis qu.*207.

PETES III.

Quæ aduertentia malitię peccati eſt neceſſaria ad hoc, vt quis non excuſetur à peccato mortali, & qualis actus peccaminoſus dicatur indeliberatus ex defectu libertatis,itavt quis excuſetur à peccato mortali: antequam reſpondeam.

SVppono primo peccatum eſse voluntarium,& ablata ratione voluntarij non dici peccatum, vt omnes DD. docent;voluntas verò rationalis cum non poſſit ferri in incognitum, ſupponit cognitionem intellectus,ſicut appetitus sẽſitiuus

ſitiuus ſupponit cognitionem ſenſitiuam.

Suppono ſecundo non ſolum ad peccatum requiri rationem voluntárÿ; ſed etiam requiri libertatem. Quæ libertas conſiſtit in indifferentia ad vtrumlibet actum.

Suppono tertio malum eatenns dici malum quatenus eſt contra legem Dei, vel Superioris gerentis vices Dei in terra, vel eſt contra dictamen rationis apprehenſum ſub ratione mali.

Suppono quarto obiectum voluntatis eſſe bonum honeſtum, vtile, vel delectabile, & quia voluntas creata depēdet ab intellectu quoad operationem, vt dictū eſt cùm non poſſit ferri in incognitū ideo repreſentans voluntati non omne bonum, & infinitum, idcirco voluntas creata habet libertatē, & quoad exercitium, & quoad ſpecificationem in amplectendo obiecto ab intellectu propoſito, & quamuis

nis representet intellectus voluntati Deum auctorẽ omnis boni, quia non potest intellectus manifestare Deum sicuti est, quia De Deo non habemus cognitionem intuitiuam sed abstractiuam, scilicet ex effectibus creatis, ac lumine fidei, idcirco non ponit necessitatem voluntati nec quo ad exercitium, nec quo ad specificationem ad amandum Deum, & ad obseruandam suam sanctissimam legem.

HIS POSITIS.

REespondetur ad hoc, vt quis dicatur mortaliter peccare necessaria est plena consideratio intellectus, & plenus consensus voluntatis, vt omnes doctores docent; dicitur plenus consensus voluntatis, quando obiectum propositum ab intellectu est representatum voluntati perfectè sub ratione mali illiciti, nam non est necessa-

rium

rium ad commictendum peccatū mortale, ſpecialiter aduertere malitiam eſſe mortalem, vt docui in praxi *confeſſar.2.edict fol.16.* dicitur perfectè conſiderare intellectus obiectum ſub ratione mali illiciti, quando conſiderat circumſtantias obiecti quibus moueri poteſt ad illud excutiendum.

Quando verò voluntas in quacumque ſuggeſtione cuiuſcumque criminis expellenda ſe habet aliquādo tepidè nō plenè conſētiens; puta quia eſt firma in non peccando ſed negligens eſt in expellenda illa tentatione perfectè repreſentata ab intellectu ſub ratione mali mortalis; tunc omne mortale ex genere ſuo tranſit in veniale, vt omnes DD. docent teſte *Sanchez ſumma lib.1.cap.16.num.21* verum quando negligentia in expellenda tentatione afferret periculum probabile conſenſiendi mortali, tunc ea negligentia eſſet culpa læthalis

SED

An tenentur cofeſſarius interrogare pænitentem quando ſe accuſat de peccatis, an commiſerit cum plena aduertentia rationis, pleno conſenſu volun-tatis.

RESpondetur ſi confeſſarius excipit confeſſionem perſonæ idiotæ, & eſt bonæ vitæ circa actus intetnos, interrogandus eſt à confeſſario, an commiſerit cum plena deliberatione, quia ſæpe ſępius excuſantur dictæ perſone à peccato mortali, vel ratione ignorantiæ inuincibilis, vel ratione defectus plenæ aduertentiæ: dixi circa actus internos, nam actus externi facilè ab ignaris hominibus cognoſcuntur eſſe peccaminoſi, vt eſt fornicatio, homicidium, &c. nõ nego verò ſepe etiam externos eſſe excuſatos ex indeliberatione

Vnde prudens confessarius debet considerare statum pænitentis, nã qui est solitus committere peccata mortalia cum plena aduertentia non est eiusmodi interrogatio facienda, cùm debeat supponere cõmisisse cum plena aduertentia rationis, & pleno consensu voluntatis, vt cognosci potest ex multitudine peccatorum de quibus pænitens clauibus subijcit, vt docui in praxi cõfessariorum 2. *edict.fol.*23.

Dixi si confessarius excipit confessionem personæ idiotæ. nam si pænitens est doctus scientiæ moralis dicta interrogatio non est necessaria regulariter,

10 debet confessarius, quando excipit confessionem personæ indoctę,& malè explicat peccatũ, nec quoad numerum, nec quoad speciem, vt non vlterius progrediatur nisi rectum iudicium faciat de peccato quoad speciem, & quoad numerum alioquin in fine confessionis,

sionis,præcipuè si est diuturna, nō potest bene Confessarius recordari, peccatum confessum in initio confessionis, vt dixi supra.

Præterea debet confessarius monere pęnitentem, vt non transeat de vna specie peccatorum in aliã, nisi prius absoluta illa, quam clauibus subijcit,& in hoc debet confessarius iuuare pęnitentem medijs interrogationibus ad finem, vt nō retrogrediatur ad illam speciē peccati, quam in initio confessionis explicauit,ne oriatur çonfusio, tum pęnitentis, tum cōfessarij pręsertim hæc doctrina est obseruanda in peccatis luxurię, quæ reperiuntur multi,ac diuerse speciei intra spheram peccati luxuriæ,debet verò confessarius esse prudens,ne instruat pęnitentem de peccatis, sed iuxta regulam prudentiæ se gerere debeat confessariūs erga pænitentem, nam diuerso modo debet agere erga meretricem publi-

 cam,

cam, & diuerso modo erga non expositam omnibus personis, &c.

Fateor vero ex modo confitendi pænitentis, ex aspectu, & alijs adminiculis potest confessarius coniecturam facere de peccatis, quę verisimiliter committere potuit, circa vxuratos quandoque expedit interrogare, an bene, ac licito modo vsi sint matrimonio, quandoquidem interdum coniuges cōmictunt multa peccata læthalia, vt sciunt confessores.

11 Debet confessarius, quando audit peccatum, quod prima facie videtur, quod pænitens tenētur ad restitutionem non statim determinare iudicium restitutionis, nam in multis casibus quis est excusatus à restitutione, ac proinde benè est examinandus casus antequam confessarius obliget pænitentem ad restitutionem, puta vel ratione iustæ compensationis, cum debitis requisitis, vel ratione præscrip-

ſcriptionis, vel vſucapionis, &c.

Vnum aduerto, quod quando confeſſarius opinionem probabilem inuenit eximentem pænitentem à reſtitutione, debet eam ſequi, nam hodie ex penuria nummorum redditur ſatis difficilis reſtitutio, vt experientia docet.

12 Confeſſarius non debet ſtatim iudicare audito aliquo peccato, quod eſt ex obiecto peccatum mortale, quod re ipſa commiſerit tale peccatum, nam multi pænitentes ſunt excuſati à peccato mortali multis de cauſis, vel ratione indeliberationis, vel ratione ignorãtię inuincibilis alicuius præcepti, & aliquando ex alijs cauſis, vt ſupradictum eſt; ſed in rudibus magna diligentia eſt adhibenda in examinanda eorum conſcientia, nam ſæpenumero ſe accuſant de peccatis mortalibus, & reipſa non commiſerunt vt expertus ſum, nam accidit mihi caſus, quod quis die

præcepto omisit missam, & sic se accusauit, & ego interrogando eũ ex qua causa omisit missam, reperi quod fuit casu, & non data opera, putans, quod in tali hora diei non essent finitæ missæ, & adhibita magna diligentia in alijs Ecclesijs, vbi mos est celebrari, propè meridiem vel transacto meredie ex priuilegio, non potuit inuenire missam, nec moraliter potuisset inuenire, etiam extra suam patriam, ac proinde pænitens ex tali bona fide, ac diligentia adhibita prorsus est excusandus à culpa.

13 Confessarius debet interrogare pauperem mulierem habẽtem filios ãn in eodem lecto faciat eos dormire, & in qua ætate. Si respondet suos filios esse ætatis dimidij anni, vel septem, vel octo annorum, primo debet monere, vt extra suum lectum faciat eos dormire, ne occidat eos, vel adhibeat magnam diligentiam, ne offendat. Secundo

cundo quando eſt puer ætatis annorum ſeptem, vt octo, qui ſcit cognoſcere bonum, & malum, nec etiam debet mater permictere, vt in eodem lecto dormiat, ne audiat actus matrimonij, quod ſi non habet alium locum, neque alium lectum, monere debet confeſſarius, vt non reddat debitum quando puer non dormit, & tunc reddere poteſt debitum quando moraliter credere poteſt, quod actus coniugalis non erit auditus; quod ſi ſperat Pænitens obſeruaturus hoc, eſt capax abſolutionis, etiam ſi ſit in occaſione proxima conſtitutus, dummodo habeat verum dolorem & propoſitum in poſterum non incidendi in tale peccatum.

14. Regulariter penitētes pauperes non ieiunant diebus pręceptis, necnon laborant in diebus feſtis, & ſæpeſepius putant commictere peccatum, ac proinde ſi confeſſarius explicat doctrinam

pænitentibus, quod hæc duo præcepta non obligant pauperes, qui non habent alimentum necessarium pro ieiunio, vel si habent sunt in continuo labore magno, vel si sunt fæminę, sunt prægnantes, vel lactantes; vel si non laborāt die festo nō habent vnde se alant, euitabit quasi innumera peccata, quę ex conscientia erronea in dies committuntur, vt experientia docet. expedit aliquādo aperire opiniones DD. circa paruitatem temporis, quę excusat à mortali.

Sed vnum aduerte, quod euitādum est scandalum, sed secretò est laborandum in casibus á iure permissis vel potest dici à laborantibus, se habere licentiam à confessario propter paupertatem: deniq; aduerto, quod aliquando mulier non habet iustam causam laborandi die festo, puta quia non est pauper, tamen vi cogitur à suo virò ad laborandum, & si non laborat,

ori-

oriuntur scandala, rumores rixe, vel eum contumelijs afficit, & in hoc casu, etiam mulier potest laborare sine peccato, sed secretò, dummodo vir eius non faciat in contemptum fidei, nam tunc mulier potius tenetur subire mortem quã laborare, vt affirmant communiter Doctores.

15 Quandoque debet confessarius monere pœnitentes mulieres quando sunt excusatæ ab non audiendo sacro diebus præceptis, ne ex conscientia erronea peccent.

16 Debet confessarius quando pœnitens se accusat rem habuisse cum muliere, interrogare, an mulier erat exposita ad peccandũ an erat honorata, quandoquidem vltra peccatum, fornicationis, adulterij, &c. committitur peccatum scandali, quia inducit fęminam honoratam ad peccandum, quod non est sic, quando quis cognoscit expositã, vt affirmant communiter DD.

Præterea eſt aduertendum, quod quando pænitens ſe accuſat cognouiſſe mulierem nuptam; aliquando ſcit habuiſſe virum poſt copulam habitam, ſed ante copulam putauit fuiſſe à matrimonio ſolutam, & conſequenter non incidit in adulterium formale, ſed tantum materiale.

17 Confeſſarius debet interrogare pænitentem quando ſe accuſat pugnam habuiſſe cum aliquo, an dederit cauſam alicui, medijs verbis iniurioſis, vel alio modo, nam certum eſt, quod, qui fuit cauſa rixæ maius peccatum commiſit, nempè ſcandalum, puta quia occaſionem próximam peccandi alij præbuit.

18 Debet confeſſarius aduertere, quod multi pænitentes ſunt in occaſione proxima peccandi varijs modis, vnde alicui poteſt eſſe occaſio proxima ſolum aſpectus firmus mulieris, alij verò non; alij

verò

vero deambulare per talem viam potest esse occasio proxima peccandi, alij verò non: præterea aspectus talis mulieris alicui potest esse occasio proxima peccanda, alij verò non, ac proinde prudens confessarius ex modo confitendi pænitentis, ex multitudine peccatorum de quibus se accusat, ex inclinatione pænitentis circa tale obiectum potest iudicare occasionem proximam, & prohibere pænitenti, vt eā auferat, ne incidat in eadem peccata iuxta illud scripturæ qui amat periculum peribit in illo.

19 Quando confessarius excipit confessionem paucorum dierum, non sunt faciendæ multæ interrogationes, etiam rudibus personis regulariter: dixi regulariter quandoquidem, interdum, etiam eiusmodi confessiones sunt plenæ multis, ac variis peccatis.

20 Aduertat cōfessarius, quod quando excusat pænitentem à mor

tali, ratione indeliberationis, vel ignorantiæ inuincibilis non debet cogere pænitentem ad explicandũ numerum, quia, & si sint venialia, non est opus, vt numerus explicetur, cùm non sit materia necessaria, vt omnes doctores concedunt.

21 Aduertat cõfessarius, quod multi pænitentes se accusant, contra aliquam personam eructasse verba in se continentia graue malum, sed dicunt non dixisse cum animo vt illi eueniret, quia statim postquam pronunciauit illa verba, pœnituit, quod est maxime aduertendum à confessarijs, nam pænitentia post commissum peccatum non excusat à peccato, & solum iuuat ad delendam culpam media contritione cum confessione Sacramentali, saltem in voto.

Præterea debent aduertere confessarij quod, & si ante factum pænitentes dixerint verba continentia in se graue malum, sed nõ cum animo,

animo, vt illi eueniret, tamen si coram eadem persona pronunciauit illa verba, ratione scandali peccauit, nisi iocosè dixerit, quod ex modo loquendi satis agnosci potest animus.

22 Aduertat cõfessarius, quod multi pænitentes, putant ad euitandum aliquod graue damnum, esse licitum periurium, ac proinde sunt instruendi, ne in posterum id committant, quia est peccatum læthale, præterea reperiuntur pænitentes, qui passim iurant sine aduertentia, an res sit vera, vel falsa, & consequenter etiam malè agânt quando res iurata est vera; quia per accidens est, quandoquidem se periculo exponunt iurandi cum falsitate, ac proinde peccant mortaliter, vt docui *in tráct. de Miscell. practicis qu.* 469. vnde consuetudo iurandi aduertenter, tam vera, quã falsa est etiam extirpanda sub onere peccati mortalis, quia talis consue-

suetudo pertrahit ad frequentissima mortalia periuria, & ad iuramenta aduertenda prolata, ita DD. *si iure cit. de Miscell. qu.* 468. tunc extirpatur consuetudo quando quis dolet de peccatis, & de mala consuetudine preterita, & proponit fore, vt ab illa desistat, atque adeo non habiturum talem consuetudinem. *ita Valent.* 2. 2. *disp* 6. *qu.* 7. *par.* 3. *Sayrus in Regia lib.* 5. *cap.* 5. *num.* 10. quos sequitur *Bonacina tom.* 2. *disp.* 49. *p.* 14. *proposit.* 3. *num.* 6.

23 Debet confessarius quando pænitentes se accusant de peccatis contra diuinam prouidentiam, & de aliis peccatis contra Deum, agere eius partes, dum gerit eius vices quando impendit absolutionem, nam tunc est necessaria prædicatio, vt ita dicā, respectu illius penitentis, & non est statim impendenda absolutio, esto penitens videatur esse contritus,

ne

ne in posterum labatur in eadem peccata . nam multi pænitentes sunt idiotæ,& vident aliquos diuitijs abundare , gaudere sanitate , omnia in bonum eis euenire, quamuis malam vitam agant , eorumque delicta non esse punita,&c. ac proinde bonus confessarius debet multis scientiis esse præditus, ut possit exercere hoc munus confessarii , quod in Ecclesia est maximum, & vtinam , vt in omnibus partibus Christianitatis confessarii essent bonæ vitæ,& non indocti . itaque persuadere debet confessarius prędictis pænitentibus, quòd Deus nihil debet creaturis, & cùm sit Dominus absolutus omnium facit , quod vult,iuxta illud scripturæ omnia quæcumque voluit fecit in cælo,& in terra. præterea mirum non debet esse,quod vnus sit sanus opibus plenus , alter ægrotus ac pauper quia sic exposcit ordo vniuersi vt non omnia sint eiusdem

conditionis. nec in Cęlo omnes ſancti habent ęquale premium,ſecundum illud ſcripturę apud Deũ manſiones multę ſunt.& illud D. Pauli non omnia membra eundem actum habent;prętereà debet confeſſarius pęnitentibus perſuadere, quod ſignum prędeſtinationis eſt in hac vita afflictionem pati,& Sãcti, qui nunc ſunt in Cęlo quando fuerunt viatores neglexerunt diuitias, & amplexi ſunt paupertatẽ & elegerunt pro veſtimento Celicium,vt poſſent pati propter amorem Dei, & S. Tereſia precata eſt Do minum, his verbis,aut pati aut mori;diuitias, enim,ſanitatem, vel ſolatium non transferemus in aliã vitam,ſed pænalitates,ægretudines ac alia incomoda tolerata propter Dei amorem, hęc nos ſequentur poſt mortem.

Quod homicida v.g. in hac vita non ſit punitus,& ex peccatis,quę commictit ſuccedunt illi bona tẽpora-

poralia huius vitæ, est malum signum suæ salutis, quia certum est quod malum erit puniendum, uel in hac uita, uel in alia, quia sic requirit iustitia Dei.

24 Aduertat confessarius, dum excipit confessionem, non proferre nugas ad captandam beneuolētiam, sed debet se ostendere grauē & beneuolum erga pęnitentem, sed non austerum, nec statim audito aliquo enormi peccato, eum reprehēdere, nec aliquod signum admirationis ostendere, ne taceant alia peccata, nec post auditam cōfessionem debet se penitenti melancholicum ostendere, sed lętum ac si non audisset peccatum, neque debet penitentem obiurgare, seu exprobare, vt possit frequentare confessionem, & si in eadem peccata labatur, non abstineat ab illis confitendis.

25 Aduertat confessarius, quādo imponit pænitentiam, ne pauperi-

peribus Eleemosynam, uel ieiuniũ imponat quia sunt ab vtroque precepto excusati, ac proinde operepretium est inspicere uires, ac statum pęnitentis, ut proportionata statui, ac viribus Penitentis sit.

26 Aduertat confessarius ne proferat verba absolutionis alta uoce sed tantum, vt audiat pænitentem, nam aliquando expedit alicui negari absolutionem propter defectum propositi non peccandi de cętero, vel alia iusta causa & consequenter circumstantes possent agnoscere aliquo modo peccatum pęnitentis. Sic argumentãdo; verba absolutionis fuerunt audita quando Antonius fuit confessus, sed quando Franciscus est confessus, non fuerunt intellecta verba absolutionis, ergo non fuit absolutus, ergo vel propter aliquod peccatum, quod non poterat absolui à confessario, vel propter defectum doloris pęnitentis.

Debet

27 Debet confessarius operam dare vt à pęnitente fiat breuis confessio, scilicet, vt non confiteatur quod nō est necessarium, nec enarret tempus quo fuit commissum peccatum, nec recitet historiam facti, quandoquidem sic faciendo multi pęnitentes ab vno confessario possunt esse confessi sine labore multo, tam ex parte confessarij, tam ex parte confitentis, & interdum hęc doctrina debet in vsu poni quando concursus populi propter aliquam festiuitatē petit confessionem. didiçi experientia quod si obseruetur dictus modus, breui tempore potest audire confessarius multorum annorum confessionem, e contra si non seruetur supradicta doctrina, multum spatium temporis consumabitur in excipienda confessione paucorum dierum.

28 Debet cōfessarius requirere tempus à penitente in quo non fuit con-

confessus, quandoquidem à tempore interdum colligitur numerus peccatorum. quando quis v.g. cõmisit talem speciem peccati quotidie debet confessarius interrogare non solum tempus in quo non fuit confessus, sed an statim post receptam vltimam absolutionem inciderit in illud peccatum, & vsque ad quem diem, nam multi pęnitentes non statim recepta absolutione, incurrunt peccatum mortale sed post multos menses, uel saltem post transactos multos dies, & quãdo accedunt ad confessionem sępęnumero abstinuerunt à cõmittendo illo peccato multis diebus, & fortuisse mensibus, antequam peccata clauibus subijciant: hoc intelligendum puto quando moraliter haberi potest talis scientia.

29 Aduertat confessarius quãdo excipit confessionem mulieris, circa interrogationem, nam sępe diminutum confitentur peccatum

uel

uel propter verecundiam, uel propter ignorantiam, & propterea debet confessarius medijs interrogationibus iuuare pænitentem ad manifestandum peccatum eo modo, quod commisit, vt possit confessarius iudicare, an peccauerit mortaliter, vel uenialiter; interrogationes uero sunt faciendæ iuxta regulas prudentiæ, ut supra dictum est, ne forte instruatur pęnitens à confessario modus peccandi, quem prius ignorabat: prudens confessarius ex modo confitendi pęnitentis, ex eius statu, ac inclinatione ad talem speciem peccati potest sumere occasionem interrogandi. Sed unum aduerto, quod si ad primam interrogationem, quæ primo fieri debet eis scilicet, an aliquid inhonestè cogitauerint: Responderint non, non est ulterius procedendum. Si autem dixerint se inhonestas cogitationes habuisse ulterius interrogandę sunt, an

in

in illis immoratæ fuerint aduertẽter: quod si dixerint non, sed eas statim abiiecisse: tunc hic sinat cõfessarius, nec ulterius quęrat.

Quod si in illis cogitationibus demoratas esse responderint; interrogandæ sunt, an sint nuptæ, & in quod obiectum uersata fuerit cogitatio erga uirum uxoratum, an religiosum, an insignitum ordine sacro.

Rursus interrogandę sunt, an consenserint uoluntate in opus, quod si responderint, se illud cogitatum desiderasse. Rursus interrogentur, an opere consumauerint. pręterea aduerto, quod in uno actu physico possunt dari plures deformitates specie diuersæ, & ideo aliquando expedit, immo est necessaria talis interrogatio tum quoad numerum peccatorum sciendum, tum etiam ad cognitionem speciei peccati. u.g. quis tactibus se polluit, & in illo actu plures

fęmi-

fæminę ueniunt in eius mente cum desiderio eas cognoscendi, quæ fęminæ aliæ sunt ipsi affines, uel cōsanguineæ, aliæ sunt moniales, alię habent uirum, & alię carent marito, uel in illo actu cogitat eas cognoscere non solum naturaliter intra uas aptum ad generationem sed etiam extra uas, uel inter crura, uel in uase prępostero; quę omnia efficiunt diuersam speciem peccati; in iuuene satis lasciuo facilè inueniuntur tales deformitates, ac species peccatorum, ut experientia didici;

Pręterea aduerto, quod aliquādo fęmina ad captandum amorem cum suo uiro efficit aliquid impeditiuum generationis quia intra suum uas naturale imponit frustulum telę, ut eius naturale uas fiat arctum, & consequenter semen non recipitur intra uas sed in tela imposita à fæmina, ac proinde efficit actionem quantum est ex se

impe-

impeditiuam generationis, quod est peccatum mortale secundnm omnes doctores, etiam si non fiat propter hunc finem. & inter non coniugatos est peccatum diuersæ speciei, & reducitur ad speciem peccati pollutionis. qui assistit cõtinuo confessionario multas res ediscit, quę in libris non reperiuntur, sed ex alijs principiis colligitur resolutio casus.

Præterea reperiuntur fęminæ, quæ cum uiris sunt incubę in uasis præposteri suorum uirorum, & consumant actum, saltem in ora uasis pręposteri, & forsitan cum intentione cõsumandi intra si potuissent, & hoc credo, quod non solum accidit inter meretrices, sed etiam inter coniugatos, quod potest confessarius animaduertere, & occasionem sumere interrogandi hoc, quando inuenit, coniugatos multa peccata mortalia commisisse quando actum coniugalem

exer-

exercuerunt: semper verò debet aduertere confessarius, vt nõ instruat pænitentem modũ peccandi. quandoque verò accidit, quod fœminæ tactibus non excitant venerem in ordine ad pollutionem, sed naturaliter euenit, sed non impediunt cũ possint illam reprimere causa se gaudendi illa delectatione, & ideo etiam peccant mortaliter, & hoc etiã debet confessarius aduertere. Sæpe verò fæminæ lasciuę inter se copulam habent, & sunt incubæ, & succubæ more maris, & fæminæ nec non tactibus vtriusque prouocant pollutionem.

30 Confessarius debet aduertere, quod tribus modis peccatur, nẽpè cogitatione verbo, & opere, & contra Deum, & proximum, & consequenter debet interrogare pænitentem circa tres modos peccandi; prætere a aduerto, quod multi pænitentes concubinarij non semper rem habent cum concu-

bina, sed aliquando de osculatur eam non in ordine ad copulam, sed solum ad illam delectationem captandam, tangunt solum manum feminę, eructant verba inhonesta, &c. ac proinde sunt omnia peccata per se, & seorsum à copula, ac proinde sunt etiam explicanda à pænitente. *Sæpesępius* hoc occurrit quando non est concubinarius, sed cognoscit fęminam, quę habitat in suo domo, vel prope eius domum, & quia non habet commoditatem eam cognoscendi committit supradicta peccata, cum desiderio copulæ si haberet commoditatem, ac proinde confessarius quando deficit pęnitens in explicandis peccatis debet supplere, medijs interrogationibus, defectũ pænitentis, nam totùs labor confessarij versatur, quando excipit confessionem personę idiotę.

Dixi non in ordine ad copulam nam si prędicti tactus, verba inhonesta,

nesta, &c. fiant in ordine ad copulam consumandam non sunt necessarij, vt explicentur in confessione quandoquidem sufficit, vt explicetur copula, nam illi actus minus principales cum copula in genere moris sunt vnum, & idem, licèt sint diuersi in genere entis, vt communiter affirmant doctores.

Quandoque confessarius debet etiam interrogare pænitentes, an cognouerint fæminam media violentia; interdum pænitentes, quia non potuerunt commictere peccatum ab ipsis volitum, non se accusant de desiderio, nec de scandalo alteri illato, puta quando quis petijt copulam ab honorata fæmina, uel priusquam cognouit meretricem intra vas naturale, petijt ab ipsa copulâm sodomiticam, & nolente ea in copulam prædictam consentire, consumata est à viro extra vas naturale, & in hoc multi incidunt nescientes, quod non so-

lum opus externũ, eſt neceſſarium ut cõ fiteantur, ſed etiam internum nempè deſiderium operis externi credo uero, quod in ciuitatibus nõ reperiatur talis ignorantia; tamen ex obliuione, credo, quod omittunt hoc confiteri, & propterea debet confeſſarius doctus iuuare pęnitentem ad hoc, vt fiat integra confeſſio, medijs interrogationibus.

31 Aduertat confeſſarius, quãdo excipit confeſſionem meretricis, vel concubinæ, interrogare à quanto tempore non eſt confeſſa, & ſi quando ſubijecit peccata clauibus, an habuerit verum dolorem, & propoſitum non peccandi de cętero, & an perſeuerauerit in occaſione proxima peccandi ſine iuſta cauſa; nam ſæpenumero pro præterito egerunt confeſſionem inualidam, & conſequenter tenentur illam reiterare, debet etiam confeſſarius aduertere quando prædictæ meretrices accedunt ad confeſſionem,

nem, vt non eas absoluat, nisi demictant habitum meretricium, & locum vbi peccatum commiserunt regulariter, nisi aliter iudicabitur à confessario, nam interdum non adest alia domus præsentanea, & concurrunt aliæ circumstantiæ, vt hic, & nunc aliter fieri non potest, nisi cum magno damno pęnitentis, si non impendatur ei absolutio peccatorum. debet pænitens promictere confessario, vt quamprimũ discedet à loco meretricij etiam cum suo incõmodo; debet etiam confessarius præcipere pænitẽti nõ communicet in loco vbi est cògnita meretrix, & pænitentia eius adhuc non est publicata, nam tunc potius possunt circumstãtes sumere scandalum, quam bonum exemplum, forte putantes indignè sumpsisse Eucharistiam.

32 Debet etiam confessarius interrogare meretricem, an exercuerit meretricium in loco vbi ha-

bitabant personæ honoratæ, an aliæ meretrices; nam si habitabant personæ honoratæ, vltra peccata, quæ commisit præbuit occasionem peccati alijs personis, nisi ita clam cōmisit, vt à nulla persona cognita esset vt meretrix.

33 *Sæpesæpius* in eodem lecto dictæ meretrices cum pluribus hominibus rem habent, ac proinde etiam hoc debent confessario explicare, ac etiam si ipsa meretrix fuit causa huius peccati, debet etiã confessarius interrogare fœminam quando se accusat de fornicatione an ipsa fuerit proxima occasio peccati alterius, puta quia ipsa tentauit hominem ad peccandum, quãdoquidem non solum peccat peccato fornicationis, sed etiam peccato scandali; nō est sic quando homo inducit fæminam ad peccandũ quando est ipsa exposita ad peccãdum: secus est dicendum quando non est exposita, nam tunc etiam homo

homo vltra peccatum fornicationis peccaret specialiter inducendo fęminam ad peccandum. regulariter respectu hominis semper duplex peccatum committunt fœminæ quando inducunt hominem ad secum peccandum, quia non reperiuntur homines expositi ad peccandū sicuti inueniuntur fęminæ expositę ad peccandum in lupanari.

Eadem interrogatio est facienda respectu viri quando sollicitat puerum ad actum sodomiticum, vel aliud peccatum carnis nempè incurrere duplex peccatum vnum sodomię, alterum inductionis ad peccatum. quia nec etiam regulariter reperiuntur dicti pueri expositi ad commictendum huiusmodi peccatum sicut meretrices habitātes in lupanari.

34 Aduertat confessarius, quod quando quis determinauit habere copulam v.g. cum tali coniugata,

& per mensem cogitauit qua occasione possit illam cognoscere, & numquam se retractauit, in actu signato, neque in actu exercito vt infra declarabimus peccatum licèt ad alia diuerterit, & sæpesępius renouat voluntatē peccandi cū illa, vnum tantū peccatū, cōmictere in genere moris, licèt commiserit plura in genere entis, & consequenter non est opus explicare in confessione pluralitates volitionum nisi quis se retractauit, & deinde incidit in talem voluntatem peccandi, nam tunc sunt explicandæ volitiones actus peccaminosi. vt communiter affirmant DD.

35 Quando confessarius excipit confessionem idiotæ personæ quæ se accusat comisisse aliquod in se peccatum mortale, sed ratione vel indeliberationis, vel ignorantiæ inuincibilis excusauit eum à culpa læthali, sed non à veniali, non est opus vt faciat explicare numerum pec-

peccatorum, quia peccata venialia non sunt materia necessaria confessionis consequenter nō est cogendus pænitentes ad aperiendum numerum peccatorum venialium in confessione, vt omnes doctores docent, hoc aduertendum est, tum respectu confessarii, tum respectu pænitentis quandoquidē expedit interdum. vt confessio fiat breuis sine labore confessarij, & pænitentis, vt alios pænitentes cōfessarius possit audire.

36 Multi pænitentes se accusant dixisse vera otiosa, sed re vera non sunt verba otiosa, ac proinde confessarius debet monere pænitentem ne ex conscientia erronea peccent, nam satis probabile est dari opera indifferentia non solū in specie, sed etiam in indiuiduo, vt bene probat *Vasquez cap.2.disp.52 cap.5.& 6.* exempla sunt, ambulare tempore hyemis, causa acquirendi

calorem, capitis purgamenta naribus proiicere, sputis reumata iacere, & his similia quoad verba otiosa, ait *Vasquez l.cit.* sunt exempla; nempe quando ob indigentiam naturæ loquitur, vel ad subleuandã conuersationem, vel ad complacẽdum amicis, vel ad vitandum molestiam silentij, ne rusticus quis iudicetur non confabulans. ita *Sancius in selectis disp.* 40. *nu.* 2 neque reus erit quis culpæ venialis si moneat alium, vt mandet vestem, aut tollat pulicem. aduertit *Vasquez l.cit.cap.* 5. *num.* 32. posse contingere, operantem actus indifferentes in indiuiduo agere contra virtutẽ: nam si quis nimius esset in scalpenda barba, aut fricandis manibus contra modestiam ageret, aut contra temperantiam

37 Anxie dolent fideles plures quod ab alijs bona opera eorum approbentur putant enim illico se vana inquinari gloria: cùm tamen

licitè

licitè optare possint ab alijs bona opera eorum approbari,& probos se haberi , Christo ipso dicente *Matth.*5. sic luceat sunt vestra coram hominibus vt videant opera vestra bona,& glorificent patrem vestrū qui in cælis est. Vnde appetitus gloriæ de se non nominat vitium,vt docet *D.Th.*2.2.132.*art.*1. esset tamen peccatum,si bonam sui æstimationem ad honorem Dei vel proximi salutem non referrent; vel si quæretur gloria de eo, quod non est vel de eo, quod non est gloria dignum secundum illud psalmi. Vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium.

38 Arbitrantur pænitentes se tot peccata distincta commictere, quod in eodem temporis internallo maledictiones iactant,cùm tamē in genere moris vnicum tantum sint peccatum,licèt physicè, & materialiter diuersæ sint actiones , vt docēt communiter *DD*. At diuer-

ſa erũt crimina ſi diſtinctam inferant iniuriam, & damnum in rem, quæ maledicitur , ſicut deprecari malum mortem temporalem alicui, & immediatè in eodem interuallo optare,&,implorare, quod a Dæmone rapiatur, duo peccata neceſſario confitenda erunt.vt docet Suarez *tom.de fide tract.3. diſp. 6.ſect.2. nu.3. & Sancius in ſelectis diſp.6.num.1.*

SED

PETES I.

Si quis diuerſas contumelias in aliquem iaceret eodem actu , an vnicum peccatum committat.

RESpondetur,poſita opinione, quod circumſtantiæ aggrauantes, non ſunt neceſſariæ confitendæ,dico,quod ſatis eſt pęnitens

vt

vt dicat in confessione toties contumelia affeci meum proximum, nec requiri vt dicatur, illum uocaci ebrinm, adulterum hæreticum &c. quia omnes contumeliæ sunt eiusdem speciei: quia quamuis in cæteris diuersitas cernatur, conueniunt tamen in ratione formali, quæ est intentio auferendi alteri suum honorem. *ita Caietan. 2.2. qu. 72. art. 1. Soto de iust. & iure lib. 5. qu. 9. art. 1.* & alij penes *Dianam p. 1. de circumstantijs aggrauantibus resul.* 28. limito ego, quod quando ex iniuria illata proximo est facienda restitutio famæ, tunc est explicanda in confessione, puta quãdo quis vocauit aliquem adulterum sodomitum, &c. cum talibus circumstantijs vt, facilè audientes de illo potuerint dubitare, reipsa esse talem qualem appellat, nam in hoc casu tenetur pænitens restituere famam.

Quantum verò ad numerum

pec-

peccatorum, dico, quod vnicum peccatum commictitur quando sine morali interruptione talia verba proferuntur, vt communiter docent DD.

PETES II.

Vtrum in eodem actu possint dari plures malitiæ solo numero distinctæ, & in confessione aperienda.

RESpondetur *ex Sanchez in summa to.1.lib.1.cap.6. num.8. Vasquez in par.2.qu.71.art.7.nu.15. Salas p.2. disp.5.sent.13. num.110. Henriquez lib.5.cap.8. num.8. Reginald.tom.2.lib.22. cap.8.sect.9.* & alijs, affirmatiuè, nempe posse dari plures malitias in vno actu physico, sicuti est quando coniugatus rem habet cum fæmina non sua etiam coniugata, nam tunc du-

plicem

plicem malitiam iniustitiæ contrahit, vnam contra propriam vxorē, alteram contra virum alterius. Similiter religiosus, qui rem habet cum moniali committit dua Sacrilegia moraliter numero distincta. Præterea si quis vno ictu occidit tres homines tria homicidia numero distincta committit, sicuti si quis vno ictu occideret tres clericos in tres excommunicationes incideret. ita communiter docent DD. *vt Nauarr. in summa cap. 6. nu. 18. Vgolin. Molina, & alij apud Diana par. 2. tract. 4. de sacram. resol. 164 §. notandum*. ratio est, quia malitia peccati consistit in respectu contrarietatis ad rectam rationem, cū autem actus dicat ordinem ad plura obiecta, ex quorum vno quoque pro se prouenit contrarietas ad rationem, concedendum est esse plures malitias numero distinctas, & ideo plura numero peccata explicanda in confessione, vt ex vsu om-

nium

nium christianorum patet. Idem docent DD. de eo qui vnico verbo inducit quatuor homines ad peccandum, nempe quatuor peccata committere. Idem dicunt DD. de eo qui in vna mollitie plures coniugatas recogitet, nempe plura peccata in illo actu physico committere.

Quod si aliqua ex illis esset nupta, aliqua consanguinea, vel monialis, erunt in eodem actu plura peccata specie distincta. Sic *Henriquez lib. 5. cap. 8. num. 3. Reginald. tom. 2. lib. 22. cap. 8. sect. 9. in fine Tolet. lib. 3. cap. 7. versic. casus, & alij.*

PETES III.

Vtrum cum pluralitate physica actuum numero distinctorum, reperiri possit vna tantum numero malitia moralis.

RESpondetur ex communissima DD. sententia affirmatiue,

ue, nempe cum pluralitate physica actuum numero distinctorum posse reperiri vnam tantum numero malitiam moralem. Vt si quis aliquem uno irę impetu, ter, uel quater pugna percutiet, aut uulneret, unum tantum numero peccatum commictet quia una est pugna, cuius percussiones illæ ac uulnera sunt partes. Ita *Nauarr. in summa cap.6.nu.17.Azor.tom.1. lib.4.cap. 4.qu.5.& alii.*

Similiter si quis ter, uel quater uno iræ impetu aliquem appellat latronem, & respondenti eandem iniuriam, unum tantum numero peccatum contumeliæ commictet, quia una est pugna, rixa, uel contētio, & omnes illi actus, licèt sint mali ex se, sunt tamen partes unius pugnæ, rixæ, uel contentionis. *Ita* DD. *teste Merolla in Theologia morali disp.2.dub.6.num.134.*

Præterea si quis furatur rem aliquam, quam cùm in domum

suam

ſuam deferat, & alius ab eo illam aufert, & eam ipſe mox recuperat & deportat ad locum deſtinatum unum tantum numero peccatum admiſiſſe dicitur. *Ita Azor. tom. 1. inſtit. lib. 4. cap. 4. qu. 5. Filiuccius to. 2. tract. 21. cap. 9. num. 335. & alij*, idem dicendum eſt de eo, qui omnes libros vnius bibliothecæ ſurripiat unum poſt alterum incontinẽti, hoc eſt antequam diuertatur ad actus extraneos, is enim vnum numero furtum dicetur admittere, niſi forte libri eſſent diuerſorum dominorum pro diuiſo, nam tunc eſſent tot peccata, quot eſſent Domini, quia plures iniuſtitias commictteret. Idem dicitur de eo qui furatur totum gregem ouium, nempè vnum peccatum commictere quia vnicam iniuſtitiam commictit contra vnum Dominum, & grex ouium habetur pro vna re, cum quælibet ouis conſtituat ſimul cum alijs ouibus vnum gregem. Secus

cus est si grex ouium esset duorum Dominorum, nam tunc commictteret duas iniustitias contra duos Dominos, & consequenter duo peccata. Ità DD. *teste Merolla in Theologia morali disp.2.cap.8.num. 112.& 113.& num.136.*

*D*ixi incontinenti; nam secus est, si diuersis temporibus, eos libros surripiat, nempe non esse vnum numero peccatum, sed plura iuxta numerum furtorum. Vt bene notat *Merolla num.* 136. & habetur *ex Angel. in l. insciendo §. infans ff. de furt.*

HINC

PRimo Colligitur si quis sine morali interruptione multa verba blasphemiæ in Deum proferat vnum peccatum commictere. *Ita Couar.lib.2.variar.resol.cap.*10 *num.*8.*§.sane.*Menoch.*de præsumpt. lib.*5.*præsumpt.*2.*nu.*27. *Simanchas*

Cath.

Cath.instit.tit.8.in fine Molina tom.4.de iustit. tract.3. disp.41. num.5. & hoc est verum, etiam si verba blasphemiæ varias blasphemias significarent, vt docent *Couarr. et Molina cit. à Merolla disp.2. cap.6. num.138.*

Secundo colligitur si quis tribus vulneribus continenter inflictis clericum percutiat. Vnam tantum eum excommunicationem incurrere, quia censetur moraliter vna numero percussio, quia omnes percussiones, eius facti partes sunt, ꝙ factum ex pluribus, vel paucioribus percussionibus constare potest ità innumeri D D. teste *Merolla loc. cit. num.140. et Suarez tom.3. terza par. disp.5. sect.3. num.8.*



PE-

Petrus v.g. eodem actu voluntatis vult occidere tres homines, aut tria furta committere, vel totam quatragesimam non ieiunare, quot peccata committit.

RESpondetur *ex Nauarr. in c. consideret de pœnit. dist. 5. num 13. exemplo 4. Azor. tom. 1. lib. 4. cap. 4. qu. 3. Vasquez 1. 2. disp. 75. cap. 2. num. 10. Salas tract. 13. disp. 5. sect. 6. num. 65.* & alijs tot peccata committere quot sunt homines, furta, & dies quadragesimæ in quo seruatur ieiunium. Idem dicitur de simplici complacentia voluntatis, ac delectatione morosa, quia obiecta sunt per se integra, & vnum non est pars alterius sicuti vnus liber est pars bibliothecę, vel vna ouis est pars gregis.

Si quis velit occidere Caium cum tota sua familia, quot peccata committit.

RESpondetur *ex Nauarr.* Vgo-*lin.et aliis cit.à* Merolla *disp.* 2.*cap.*7.*nu.* 109. duo peccata committere, quia tota familia in iure vna persona reputatur,

Sed Molina *tom.*4.*de iustitia disp* 4.*nu.*3. *Azor. Molfesius,* & alij apud eundem *Merollam num.* 110. committere tot peccata, quot sunt homines eiusdem familiæ quia singuli homines sunt integra per se obiecta homicidij.

Confirmatur nam si in familia Caii esset clericus, neque id ignoraret Titius v.g. non potest negari, quod affectus occidendi clericum esset sacrilegus.

Si quis vno sermone maledicit Deo. S. Petro, et S. Paulo. Quot peccata commictit

Respondetur tria peccata cōmictere, quia sunt obiecta numero distincta. Ità communiter affirmant *DD*.

SED

Difficultas est de eo quo simul maledicit B. Petro, aut duodecim Apostolis, aut imprecatur mortem Titio, *et toti familiæ illius.*

Respondetur *Henriquez lib. 5. cap. 8. num. 4.* esse vnum tantum peccatum.

Nauarrus in summa cap. 6. num. 18. Facundez de precept. Ecclesiast. lib. 3. cap. 5. num. 10. & alii docent

esse

esse duo peccati: *Azor.tom.1. lib.4. cap.4.qu.5.Vasquez tom.4.in 3.par. qu.91.art.1.dub.4. num.10.* et *Molfesius in summa tract. 8.cap.7.num. 19.* et *Merolla in Theologia morali disp.2.cap.7. num.* 116. docent in eo casu committere tredecim peccata mortaliter numero distincta.

PETES VII.

Quomodo multiplicantur peccata quo ad numerum, ita vt sit opus explicari confessione.

RE spondetur si loquamur de peccatis merè internis, vt est odium Dei, vel proximi, superbia inuidia, &c. dico multiplicari per quamcunque etiam minimam interruptionem, siue voluntaria sit, siue ex quacumque distractione naturali, vel somno, etiam modici tem-

temporis. Si loquamur de actibus internis sed nō merè quia sumunt malitiam ab obiecto, & specificationem v.g. delectatio morosa, seu simplex complacentia, vel desiderium inefficax alicuius peccati exterioris puta homicidij, fornicationis, &c. dico etiam multiplicari peccata per quamcunque interruptionem, siuè voluntariam, siuè naturalem distractionem; dicitur inefficax, quando quis non sumit media ad faciendum opus. Ita *Tabiena verbo peccatum* §. 8. *Vasquez*. 1.2. *disp* 75.*cap*.2.*Suarez*.*tom*.4.*in* 3.*p*. *disp*.22. *sect*.5. *num*.17. & est communissima DD. sententia.

Si loquamur de actibus internis in ordine ad opus externum agendum, scilicèt, quæ consumantur in exteriori, puta fornicationem homicidium, &c. dico huiusmodi peccata non multiplicari numero, donec prior voluntas retractetur, etiam si repetantur dicti actus, nēq;

pè voluntates homicidij, fornicationis, &c. nam semper erit vnum peccatum in genere moris donec consumetur in actu exteriori vnde satis est in ordine ad cõfessioẽ dicere homicidiũ feci, cõmisi fornicationem, &c. ita innumeri *D D.* teste *Merolla in Theologia morali disp.* 2. *cap.* 7. *num.* 71. retractatio verò dupliciter contingere potest vno modo in actu signato, scilicet per actũ contrarium, vt si quis proponit actu efficaci occidere inimicum, & deinde mutata voluntate statuit non occidere. Alio modo potest retractari in actu exercito, vt cum quis vult efficaciter occidere inimicum, & deinde non accipit media, quæ necessaria esse cognoscit ad talem effectum, cùm facile possit accipere, aut oblata occasione non occidit ita *Merolla loc. cit. num.* 67. ordinariè solet accidere nouum peccatum his qui aliquid proponunt, & postea per men-

mensem, vel aliud notabile tempus id non curant exequi. *Merolla nu-mer.* 81.

39 Aduertat confessarius, quod non tenetur interrogare pænitentem de omnibus peccatis, quæ potuerunt à pænitente commicti eorumque circumstantijs, sed tantum de his peccatis, & circumstantijs, quæ ordinarie contingere solent, spectata pænitentis qualitate vt docet *Merolla loc. cit.*

40 Aduertat confessarius quãdo coniugati se accusant tanquam reos culpæ venialis habuisse copulam gratia captandæ voluptatis, docere eos non esse peccatum veniale hoc fine exercere copulam coniugalem, vt docent communiter DD. *teste Sanchez de matrimonio lib. 9. disp. 11. num. 2. et satis disputat. Sancius in selectis disp. 23. nu.* 25. & ratio est, quia non est contra rationem desiderare, vt potentia fruatur suis actibus, vt supra do-

cui ergo, quod potentia coeundi fruatur suis actibus cùm persona cum qua habet dominium corporis medio matrimonio, non est peccatum. Dummodo copula ratione alterius circumstantiæ non sit peccaminosa, puta si afferret notabile, vel leue damnum saluti corporali Sicut si quis pyrum, vel pulchrum pomum comedat gratia voluptatis non peccat dummodo non noceat saluti, vt docet maior *in 4. dist. 31. qu. vnica concl. 7. et Sancius in selectis disp. 23. nu. 25.*

Fateor vero principaliter copulam coniugalem esse ordinatam ad generationem, & secundario ad euitandum peccatum fornicationis, tamen dicti fines non cadunt sub præcepto, sed sub consilio; nam Beatitudinem desiderare propter proprium commodum, & delectabile bonum, est actus spei supernaturalis, & tamen Beatitudo appetēda est principaliter propter gloriam Dei. Ad-

41 Aduertat confessarius, quod probabile est, secundum multos Theologos dari actionem indifferentem in indiuiduo ita vt possit fieri talis actio sine peccato ueniali. Quod est valde notandum, causa auferendi quasi innumera venialia, quæ in dies committerentur ab hominibus, secundum opinionem Theologorum docentium solum in specie dari actionem indifferentem, ita vt ex obiecto non sit neque bona, neque mala, sed quando debet poni in esse, hoc est in indiuiduo necessariò erit, vel bona uel mala.

Probatur, nam si tempore hyemis nimium frigoris sentiretur, & aliquis colloqueretur cum alio, etiam de negotijs aliàs honestis ipsumque inuitaret vt deambularet simul, vt frigus depellerent, vel si quis moneat alium vt emundet vestem, vt tollat pullicem, &c. nec iustitiam habebit nec iniustitiam

nec vllus confeſſarius auderet abſolutionem impendere ſuper huiuſmodi materia. Ita *Vaſquez p.2.tom.1.diſp.52.cap.6.num.39. Nicol.de Orbellis in 2.diſt. 41. herrera de peccatis diſp.25.q.13.concluſ.2. Palat.in 2.diſp.40.qu.vnica,et* Sancius *in ſelectis diſp.4.num.1.*

Vnde clarè docent ſupradicti auctores dari actionem indifferentem in indiuiduo. & *Sancius* Concludit rariſſimè proferri verbum otioſum, quod peccatum ſit, præſertim in hominibus prudentibus cùm ferè ſemper enuntietur ob aliquam commoditatem naturæ, ob ſubleuandam ſcilicet eam, ob conuerſationẽ, vel ad complacendum amicis,vel ad oſtendendam ingenij dexteritatem, non ob vanum finem,vel ad vitandam moleſtiam ſilentij,ne ruſticus, vel agreſtis quis iudicetur non confabulãs, tũ quia ſępe actus virtutis Eutrapeliæ eſt verba interſerere ad vitandã

ruſti-

rusticitatem,& duritiem,immo est actus astabilitatis, quæ ex quodam debito honestatis præcipit, conuersantem condelectationem afferre his cum quibus conuersatur, vt docet D.*Th.22.qu.*115.*art.2. ad 7.vnde Ecclesiast.*4.dicitur congregationi pauperum affabilem te facito.

Aduertit *Vasquez loc.cit.sed cap.* 5. *num.* 32. posse contingere operantem actus indifferentes in indiuiduo agere contra virtutem; nam si quis nimius esset, in scalpenda barba,aut fricandis manibus, contra modestiam ageret, aut contra temperantiam.

Vnum cole Deum.

In Primo Præcepto deCalogi.

QVatuor inquiri possunt.Primo de parua præparatione.Secundo de amore Dei,

&proximorũ,& pręceptis quibuſdam affirmatiuis in genere, quę pertinent ad cultum Dei, & de ignorantia doctrinæ Christianæ; obligationeque proprij ſtatus. Tertio ſi quid iubet contra ea, quæ fide credit, aut contra ſpem. Quarto ſi habuit ſuperſtitionẽ, aut abuſum contra religionem chriſtianam.

nec iures vana per ipſum.

In Secundo Præcepto.

ALia quatuor. Primo ſi affirmauit cum iuramento aliquod mendacium contra veritatẽ quam nouerat: vel affirmans de quo dubitat, uel promiſit bonum aut malum abſque intentione implendi. Deinde quærat an mendacium fuerit in proximi præiudidium, uel in iudicio. Secundò ſi quid iuramento, uel uoto promiſit de re bona, & graui, an ſua cul-

pa non adimpleuerit. Tertio si iuramento, uel uoto promisit facere id, quod est peccatum mortale cōmissionis, uel omissionis: nempè facere malum uel non facere bonũ aliquod præcepti. Quarto an blasphemiam dixerit; ut non credo in Deum; pæniteat Deum, per uitam Dei.

Sabbata sanctifices

In Tertio Præcepto.

PRimo si uiolauit festa opere seruili, uel alio prohibito per Ecclesiam per notabile tempus. Secundo si in festis missam sine rationabili causa omisit totam aut partem eius notabilem, uel cũ magna distractione cōfabulando: Tertio Si causa fuit, ut alter labore uel missæ omissione frangeret hoc præceptum. Quarto de pręcepto ieiunij, cum haberet uiginti unum

annos completos: ſubijciat, an diebus ieiunij uſus eſt ouis, & alijs cibis prohibitis abſque morbo, aut priuilegio. Sed in ferijs ſextis per annum ubi iura non prohibent oua, & lacticinia, perpendat, an cōſuetudo regionis obliget. Addat ſi in morbo comedit aliqua cum notabili damno præuiſo: ſi quando inebriatus eſt.

Habeas in honore parentes

In Quarto Præcepto.

PRimo ſi de honeſtauit parentés, aut maiores: dixit eis graue uerbum. Non ſuccurrit in graui neceſſitate. Secundo ſi eis non obediuit, cum præcepto aut lege aliquid graue iubebatur. Tertio pater & ſuperior, Rex Epiſcopus iudex habeat curam familię ſubditorum, & proprij officij.

non

In Quinto Præcepto.

SI optauit mortem, vulnera infamiam, vel aliud graue malũ sibi ipsi: aut exposuit se periculo illius, si hæc ipsa optauit alijs: vt ex auara siti succedenti in hæreditatem, congauderet de morte Patris, vel fratris primogeniti, vt ex inuidia dolet de prosperitate alterius eiusdem officij, si inimicitias gessit & quanto tempore cum scandalo negauit colloquiũ, & resulutationem inimico, si delectationem morosam habuit cogitans de vendicta facta, vel futura, si ex ira protulit minas, & verba contumeliç grauis, etiã per irrisionẽ. Tertio si occidit, percussit, vel iniecit manus in alterum. Si mater infantem quem lecto tenebat oppressit. Si fuit causa abortus ante animationem fętus, uel postea. Perpendat damnum il-

latum occiſo, qui familiam ſub-ſtentabat: ſi contra parentem, uel miniſtrum iuſtitiæ, ſeu in clericum etiam primæ tonſuræ, uel religioſum manum admouit, per quid ſit excommunicatus. Quarto ſi ex omiſſione eleemoſynæ, uel curationis, aut iudex quia non cuſtodiuit urbem, fuit cauſa mortis, uel grauis damni corporalis: iudex tenetur leſis ſatisfacere damna ab alijs illata, ob eius grauem negligentiam. Quinto huc reducat, ſi ſcandalo fuit cauſa mortis ſpiritualis per inductionem illius ad peccatum etiam indirectè, qui paratus non erat.

Non mœchaberis

In Sexto Præcepto.

A Longe incipiet quęrere, ſi habuit turpem cogitationem cum conſenſu: deinde, an proceſſe-

rit vlcerius ad tactum, vel operã, ne sit nimius circa minus necessaria, contentus scire substantiam speciei, & circumstantias necessarias, utatur verbis honestis. Cum ergo reperit opera, sic incipiet. Primo si habuerit rem cum fæminis. ne sigillatim permittat fęminas, aut actus confiteri, sed vno verbo ita dicat: ter cognoui duas fæminas, vel plures, & intra Ecclesiam: bis coniugatam. Discurrat per species, si cognata, virgo voto religionis, aut castitatis consecrata. Si contra naturam primo vir cũ viro habet rem: fæmina cum alia fæmina sumpto etiam instrumẽto. secundo vir cum fæmina extra vas naturale: quamuis illa sit propria vxor. Sed hoc minorem horrorem incutit, si ab aliis in lecto sic coniungi videantur: solet enim vir fæminam à tergo cognoscęre, sed intra uas naturale. Nec oportet descendere ad modum, uel locum

cor-

corporis in eo cõtactu. Tertio si bestialis factus est cum bruto animali, non exprimere speciem animalis, uel locum corporis: cum in genere moris sint eiusdem speciei cõmisceri animalibus diuersorum specierum. Quarto si cum diabolo incubo, aut succubo: quod uix fiet absque aliquali pacto contra religionem, & contingit uarijs modis ut si uir cum diabolo habente figuram fæminæ, aut uiri, uel bruti cõmisceatur.

Si nocte integra dormiens cum fæmina bis, aut ter eam cognouit. Dicta substantia operis, ne explicet actus communiter ante aut postea opus principale comitantes, ut oscula, & tactus impudicos. Secundo mollities in se ipso dicitur contra ordinem naturæ: an habuerit uoluntariam pollutionem in uigilia, aut in ea una pollutione concupiscit fæminam cõiugatam, uel alterius status, uel multas simul.

Si pollutio uiri facta eſt cũ prouocatione, & tactu alterius, & mutuo ſe prouocarunt.

Si in ſomnis paſſus eſt pollutionem ex præuia cauſa mortali & an experge factus complacuit de illa: Tertio ſi habuit deliberatum conſenſum peccandi cum fæmina coniugata, vel virgine, &c. Si tamen ſtatum fæminæ non aduertebat, ſatis eſt in generali numerum cogitationum fateri, Si inſecutus eſt fœminam dici, quærat, an peruenerit ad actum impudicum: vel ad verba, quibus cum ſcandalo induxit non paratam. Si ornatu, muſica, muneribus, nutu, aſpectu, deambulatione in malum finem placendi, & prouocandi ordinatis vſus eſt. Si memor occaſionis præteritæ pænitet non peccaſſe, aut aduertens complacet cum delectatione moroſa de turpi cogitatione. Gaudet lectione librorum impudicorum, quã turpiter prouocatur. Si

opta-

optauit se concupisci à fœminis: & in hunc finem ornauit se, &c. Quarto si vir inter viros praua intentione complacet de sermoni turpi: si se iactauit de huiusmodi peccatis si vsus est internuncio per quem misit nuncium, Epistolam, munera & ast hæc miserit pro coniugata, vel Virgine, &c, Si dedit domum, fuit socius, consiliarius, vel internuncius pro alio scilicet sacerdote coniugato affine, &c. Quinto à cōiugatis ne querat minus necessaria quæ prouocant tentationem. Sed primò si negauit debitum coniugale absque causa. Secundo si petiuit debitum cum haberet impedimentum superuenientis affinitatis, cognationis, vel voti Castitatis; Tertio si eam cognouit pręter modum ordinarium, & uas naturale Quarto si tactibus pręsertim lasciuis, & impudicis uxoris, se exponit frequenti periculo pollutionis, extra actum matrimonialem.

In Septimo Præcepto.

PRimo si furatus est rem alienã grandioris quantitatis:quamuis à propio parente, vel intulit notabile damnum,aduertat si ab alijs confessarijs iussus est restituere,& non restituit, differat absolutionem,interroget, an surripuerit aliquid per rapinam,aut vim,quia grauius est peccatum furti per rapinam, quam sine rapina. Immo differt specie rapina à furto,ut docent DD.teste *Bonacina tom.2.disp 2.qu.8.proposit.2.nu.3.* rapina proprie sumpta est ablatio rei alienæ per uiolentiam.Dicitur per uiolẽtiam,ut distinguatur à furto, aduertendum est uiolentiam duplicẽ esse, unam absolutam, quæ fit ab alio omnino inuito,& dissentiẽte, alteram secundum, quid,seu conditionatam,quæ accidit, quando

quis

quis per uim, & metum consentit: ad rapinam non requiritur uiolētia primo modo accepta, sed sufficit secundo modo. Ita communiter affirmant DD. *teste Bonacin. loc.cit.*

Secundo interroget, si non soluit debita, uel damna illicita. Si non restituit ordine debito secundū iura, & consuetudinem, præferens eum, qui habet antiquiorem hypothecam. Huc reducitur soluere decimas, & primitias integrè: & tributa debita, adimplere testamenta parentis, uel alterius. Tertio si concupiuit furari aliena, uel retinere cum Domini damno. Quarto si uerbo cōsilio, uel auxilio fuit causa damni notabilis. Huc pertinet fraus in emendo, uel uēdendo: Quinto si ludo assuetus est in notabili quantitate contra proprium statum. Si in ludo fraudibus vsus est, aut importunis præcibus seu minis induxit ad ludum, præsertim

filios

filios familias, vel induxit alios quibus non permittitur facere contractus.

SED PETES

Vtrum teneatur ad restitutionem, qui traxit alterum ad ludum minis et conuiciis in quo ludo attractus perdidit.

RESpondent communiter DD. apud *Bonacinam tom. 2. disp. 2. qu. 3. punt. 2. num. 9.* teneri ad restitutionem, quia attrahens censetur fuisse causa damni per iniuriã: vnde addunt DD. teste *Bon. loc. cit. et less. lib, 2. cap. 26. dub. 2. num. 9. et 10.* quod attractus potest retinere lucrum acquisitum, attrahens verò non potest: Sicut, qui vtitur falsis chartis, vel eas suffuratur, non potest lucrum recipere, alter vero collusor potest. Ita *Bon.* addit lessius aliud exemplum *loc. cit. nu. 11.* qui

coactus, scilicet metu cadente in virum constantem init societatem, vel alium contractum potest reuocare, nec est necesse, vt habeat animum restituendi si ipsum lucrari contingerit, quia quādo quis coactus per iniuriam contractum fecit, est in potestate ipsius postea illum ratificare, vel irritum reuocare in foro conscientiæ pro vt illi commodius fuerit, vt communis DD. sententia docet teste *Lessio lib 2. cap. 17. dub. 6. nu: 38.* Vnde habes ex communissima DD. sententia teste *Lessio l. cit. n. 36.* quod contractus metu graui, scilicet cadente in virum constantem, neque iure naturę, neque iure positiuo est omnino irritus, sed irritandus quia adest consensus, & licèt sit coactus tamen absolutè vult, excipit tamen *Glosa in cap. 2. de his quæ*, sex casus in quibus metu in virum constantem facta sunt omnino irrita. Primus contractus matrimonij, etiam

etiam si iuramentum accedat. Secundus si dos promissa soluta sit per metum. Tertius in rebus Ecclesiæ non tenet promissio, vel traditio ex metu. Quartus si uotum emissum sit ex metu. Quintus iurisdictio per metum extorta non ualet, sed alij oppositum docent, vt possunt uideri apud lessium. Sextus est auctoritas tutoris per metũ extorta.

Sed quo ad ludum non desunt doctores, qui docent eum, qui pertraxit alterum minis, & conuicijs ad ludum, non teneri ad restitutionem pæcuniæ ludo acquisitæ, sed solum teneri arbitrio prudentis ad satisfactionem iniurię. Ita *Molina Garzia, Adrian. Lopez Rodriquez, et Emanuel Sa cit. à Bonacin. l. cit. num. 9.*

Ratio horum doctorum est quia attractus non tenetur ad restitutionem si quid in tali casu lucratus fuisset; ergo neque tenetur attrahens,

hens, etiam si peccauerit iniuriosè actrahendo.

Addit *Lessius lib. 2. cap. 26. dub. 3. nu. 12.* quod importunæ preces, quibus aliquis se ad ludum actraxit, non sufficiunt, vt teneatur ad restitutionem, nisi tanta sit importunitas, vt tu malis rem tuam periclitari, quàm tantis molestijs affici, quod rarum est.

Non sis testis iniquus

In Octauo Præcepto.

PRimo si falsum testimonium dixit: & grauius est in iudicio, vbi iuramento fit testimonium. Si vocatus, & rogatus specialiter à iudice legitimè, vel generaliter per edictum sub excommunicatione tacuit: & fuit causa damni. Tenetur satisfacere nisi iusta causa excuset, vbi vero reus, vel testis contra ius rogatur, sub cautela respondere

licet

licet tacita veritate: quamuis hinc decipiatur iudex. Secundo murmuratio cum pernicioso mendacio, seu detractio de honore, vel infamiam occultam manifestans alterius, vel esse causam murmurationis, quando ausçultat sine causa: si hac ratione seminat discordias, & inimicitias. Huc pertinet, si se iactauit de peccato turpi, aut de uendicta: præsertim exprimendo personam. Tertio si absque iusta causa aperuit secreta notabilia peccati, aut generis infamis, vel secretum capituli, aut collegij, quod iuramento adstrictus erat custodire. Si aperuit alienas literas reputans in illis contineri aliquid graue. Qui veram infamiam, sed occultam contra ius, & charitatem aperuit, prudenter satisfaciat; nec tamen tenetur dicere se mentitum fuisse, ut docet *Henriquex lib. 3. cap.* 29. secretum uero sigilli confessionis ex nulla causa absque pçniten-

nitentis licētia reuelari poteſt: *Reliqua* ſecreta quamuis iurata non obligant in Præiudicium boni cōmunis ita *Henriquex loc.cit.*Quarto ſi temere iudicauit graue malū abſque cauſa de alio ; maxime ſi alijs reuelet cum damno proximi.

Nonum præceptum, quod eſt, non concupiſcere mulierem proximi,& decimum, quod eſt non deſiderare bona proximi includūtur in illis præceptis non mechaberis,& non furtum facies.

APPENDIX

Interrogatorŭ pro ſtatibus circa præceptum tertium, quintum ſextum, & ſeptimum:

In tertio Præcepto pro Clericis.

PRimo ſi miniſtrauit ſolemniter Sacramentum aliquod cū conſcientia peccati mortalis. Se-

cundo

cundo si Parochus petentibus ouibus, opportunis anni temporibus non ministrauit Sacramenta confessionis, communionis, & vnctionis. Tertio si non dixit tot, vel tales missas in tali templo, & altari, sicut tenebatur ratione beneficij ; cappellaniç, aut pitantiç. Quarto si non applicauit valorem debitum missæ ei quem debuit. Quinto si fecit notabilem defectum in celebratione missæ circa eius substantiam, & cæremonias. Sexto si omisit recitare horas canonicas, & implere alias obligationes sui officij. Septimo si exercuit officia iure prohibita.

Circa reliquos.

Primo si recepit aliquod Sacramentum vt confirmationis, aut matrimonij cum conscientia peccati mortalis absque prçuia contritione. Si ante communionem aut celebrationem non prçcessit confessio mortalium, dum habe-

bat copiam confessarij, nec vrgebat causa excusans. Secundo si excommunicatus adfuit missæ, vel officijs diuinis, vel recepit aliquod Sacramentum cum esset ab ijs prohibitus. Tertio si quid fecit contra reuerentiam loci sacri: nempe si in illo effudit voluntariè semen, vel sanguinem humanum iniustè, per quod de se polluitur Ecclesia: si suffuratus est aliquid de loco Sacro, quod erat sub eius custodia, est sacrilegium, vt furtum rei sacræ: si contra Ecclesiæ immunitatẽ extraxit Reum eius priuilegio fruentem.

Pro Quinto Præcepto

De Ministris Iustitiæ.

PRimo, si Iudex per negligentiã fi causa mortis, vel damni corporalis. Secundo si absque causa damnauit ad carcerem, aut pœnam cor-

corporalem. Idem de alijs ministris iustitiæ. Dux, vel miles si iuit ad bellum scienter iniustum, vel damna intulit finitimis contra iura belli. Si medicus in graui necessitate nō medetur pauperibus gratis: si Aduocatus pauperibus non prębet simile patrocinium.

Pro Sesto Præcepto

Videndum est supra. Scilicet numero 18. 29. 32. 31. 32. *&* 33.

Pro Septimo Præcepto.

PRimo, mercator si fraudem fecit in emendo, vel vendendo circa substantiam, vt fallaces merces pro veris; circa qualitatem vt corruptas, & cum defectu occulto aut circa quantitatem rei, si vsus est falso pondere, & mensura. Secundo si fecit monopolium, & qui abscondit frumenta, vt carius ven-

dant. Tertio si contractum de quo dubius erat an esset usura, aut iniquæ Societatis. Vt si uendens pecunia credita, mutuans per cambium illicitum recipit lucrum: Huc reducitur prauus contractus de censu:uel de pretio simoniç exterioris vtrinque completæ, cuius non transfertur dominium.

Emptor si ex fraude minuit pretium: si vsus est adulterina moneta vel nimis diminuta, licet ab alijs fuerit deceptus. Si hic aut debitor, vel fideiussor fraudat creditorem, quia differt, vel negat solutionem debiti. Si emit, quod videbatur furto sublatum à viro suspecto, vt quãdo ille noctu clanculum vendebat: vel cum esset seruus, vel filius familias: hic enim tenetur postea inquirere, an res fuerit fortiua.

Si quid illicitum fecit in illis contractibus, vt depositi, commodati, locati in pignore, & hypotheca: adde si exactor pignus vitæ neces-

cessa-

cessarium exigat ab impotente. De fideiussione, iure emphyteuco, feudo trãsactione, seu cõpromissione. De nouatione, idest quando acceptat, vt vnus pro altero debitore subrogetur æquali obligatione. De pactis, promissione, & verborum obligatione, & similibus.

De clericis beneficiarijs. Primo de simonia exterius completa: quia tenetur resignare beneficium, sicut & alter restituere prætium. Secundo si non fecit fructus suos ex eo quod non resedit personaliter in beneficio curato, vel quia non recitauit horas canonicas cum haberet beneficium etiam patrimoniale, vel non recitauit horas B. Mariæ cum haberet pensionem titulo clericali. Si excommunicatus manet in mora, & contumacia, aut suspensus à beneficio quamuis in mora non sit, recepit fructus beneficij: nec enim potest si aliunde habet vnde honeste se substentet se,

& ſuos: Tertio ſi canonicus, qui defuit debitis horis recepit deſtributiones amiſſas, quamuis ſocii faciant remiſſionem, aut colluſionẽ Quarto ſi confeſſarius per graſſam ignorantiam cauſa fuit, vt pænitẽs alioquin paratus non reſtituat. Quinto elector, uel præſentator, qui prouidet beneficium, aut officium indigno noto, tenetur ſatiſfacere damnum, ſaltem Eccleſię lęſæ, uel reipublicæ, ut ait *Henriquex lib.3.cap.31*. Si uero dignum eligit prę alio notabiliter digniori, dũ per concurſum prouidentur curata, uel canonicatus, elector Eccleſiaſticus peccat mortaliter; Ita *Henriquex loc.cit.* ſi per uim, uel fraudem impedit hominem à iure petendi beneficium, uel à libertate petendi eleemoſynam dari ſolitam, tenetur reſtituere damna. Ita *Henriquex loc.cit.*

Tutor nel curator.

Primo, qui pecuniam pupilli nõ

auxit

auxit licito contractu. Secundo testamentarius, qui non soluit legata, & præsertim pia.

Iudex

Primo qui per negligentiã permictit fieri furta, & damna. Secundo si recipit precium contra iuramentum lege præscriptum: Tertio ferre sententiam iniustam in alterius damnum: vel concedere dilationem in partis præiudicium: Quarto si damnat iniuste ad pænã pecuniariam. Quinto si per ministros iustitiæ sinit damna fidei. Sexto qui vendit iudicia, vel preuertit pretio, & muneribus.

Custos carceris per cuius culpã vincti propter es alienum fugiunt cum damno creditorum: similiter qui eos vinctos sine causa iuuat ad fugam: sicut, & qui seruum iuuat ad fugam cũ heri detrimento. Præterea custos, qui à republica sub iuramento constitutus ad custodiendam sylua m, & pastum herba-

rum, vel vexationem: & tamen permittit fieri notabile damnum. Denique custos, seu Aeconomus priuatæ domus, qui infideliter seruat suo officio commissa.

Princeps

Primo, qui imponit noua tributa iniusta. Secundo si exigat à personis Ecclesiasticis. Tertio si vsurpat bona communia. Quarto si nō eligit ministros idoneos. Quinto huc pertinent omnia, quæ spectant ad officium iudicis Nec non de iustitia belli, & si in bello spoliauit Clericos, Religiosos, Peregrinos, Romipetas mercatores agrorum cultores, & similes quia omnino nō licet: Dominus. Primo qui prohibet subditis occidere Ceruos, vel cuniculos inferētes notabile damnum iactis seminibus: cum tamen damnum non resarciat Dominis. Secundo generaliter, qui artificio in suum columbarium trahit columbas cicures: vel aliena animalia:

lia: vt Ceruos in suum nemns. Tertio si omittit famulis soluere mercedem integram, vel non ministrat eis fideliter necessaria. Quarto si operariis detinet mercedem debitam. Quinto è contrario si famulus operarius, vel artifex, accepta mercede integras, non adhibet iustas operas: & qui accepto publici muneris salario, paruam, aut nullã operam nauat. Qui non soluit tributa æquabilia sicut, & qui Ecclesiæ non soluit decimas.

Aduocatus

Si scienter iniustam, aut suspectam defendit causam, quia vltra mortale, læso satisfacere tenetur, vt communiter affirmant DD.

Si in aduocando produxit falsa instrumenta, vel falsos testes, aut falsas allegationes allegauit.

Si in dispendium; & grauamen alterius partis, nõ necessarias quæsiuit dilationes, & terminos, vt videlicet petendo testes à patria

alienos, & similia. Si etiam aliquo modo aduersario bonam causam abstulit, videlicet faciendo oppositiones duplices, cauilosasque, ac dolosas, & tunc ultra mortale tenetur de omni damno, & his similia.

De Notario, & procuratore.

Si imperitus exercuit officium tabellionatus, videlicet malè dictando vniuersa instrumenta, prætermittendo debitas clausulas propter suam ignorantiam, & tunc mortaliter peccauit, & tenetur de omni damno læsis satisfacere.

Si aliquod confecit instrumentum eius videlicet, qui erat mentecaptus, qui rationis vsum non habebat, & tunc mortaliter peccauit & de damnis, & litibus inde secutis satisfacere tenetur.

Si fecit contra iuramenta notariorum, aut non obseruauit, quę in creatione sui tabellionatus facere iurauit.

Si scienter fecit instrumentum vsu-

vſurarium periurus eſt ſecundum hoſtienſem.

Si malitiosè publica inſtrumenta occultauit, vel deſtruxit, vel ipſa alteri parti dedit, vltra mortale tenetur de omni damno.

Si pro iſtrumentis ſuis immoderatum ſalarium accepit, quia reſtituere tenetur,

Si non poſuit inſtrumenta in protocollis ex negligentia; mortale videtur, propter præceptum, & periculum amiſſionis illius inſtrumenti.

Si à pauperibus rogatus facere inſtrumentum recuſauit, quia tenetur, id facere, ſicut Aduocatus pauperibus tenetur patrocinium prçſtare.

Si legata ad pias cauſas facta non manifeſtauit ex malitia.

Circa procuratorem ſi iniuſtam defendit cauſam.

Si in ſuo officio negligenter ſe habuit, &c. à magiſtris ſcholarium

Si indoctus, & ignorãs præsumpsit doctrinę cathedram exercere, quia vltra mortale, salarium restituere tenetur. Ita *Antonucius in Cathechesi cap. 32.*

Si non debitam sollicitudinem, & diligentiam adhibuit in discipulorum profectum.

Si non vtilia, & necessaria docuit.

Si se alijs negotijs occupauit, & implicauit.

Si alijs præceptoribus ex inuidia detraxit, asserendo eum esse ignorantissimum, & vitiosum, vt ei discipulos auferret. Tunc mortaliter peccauit.

Si cæpit publicè, vel priuatim legere absq; professione fidei iuxta bullam Pij V. quę incipit in Sacro Sancta. Vnde in hac bulla Pius V. comprehendit eos, qui tam grammaticam, quam alias artes liberales, & tam publicè, quam priuatim in quibuscunque locis Ecclesiis, vel

mona-

monasterijs,nempe incurrere excõmunicationem ipso facto.

Si etiam priuatim legunt in locis prædictis si prius non emictunt professionem fidei in manibus ordinarii, vel eius Vicarii, & si Episcopi id permiserint,idest,vt sine professione fidei legant sunt ipso facto interdicti ab ingressu Ecclesiæ vt bene docet *Antonucius in cathechesi lib.3.cap.12. num.129.* excommunicatio vero est Episcopalis,& non est S.Pontifici reseruata, ut aduertit idem Antonucius. Circa trasgredientes.

In dięcesi Neapolitana etiam incurrunt excommunicationem supradicti qui lectionem grammaticæ, uel cuiuslibet alterius scientiæ præsumunt exercere absque professione fidei,ut patet ex Synodo prouinciali Anibalis de Capua

Medicus

Primo si sine sufficienti scientia se ad practicandum exercendamq; artem

artem exposuit, mortaliter peccauit cùm multa damna infirmis tales conferant. Secundo si cum esset peritus, circa infirmos negligẽtius se habuit, Tertio si suspectas medicinas infirmis dedit. Quarto si non admonuit infirmos à principio vt confiterentur, iuxta bullam Pii V. sed communiter DD. non intelligunt, quando infirmitas est nullius considerationis. Nempe non adesse eiusmodi obligationem medicis ita vt teneantur monere ægrotos, ut confiteantur, vt est vsu receptũ. Quinto si à Pauperibus requisitus visitare eos renuit, quia grauiter peccauit. Sexto si ab ægrotis immoderatum recepit salarium. Septimo si sit nimis facilis ad inducendum debiles ad frangenda Ecclesiæ ieiunia: Octauo si suo iuramẽto iudici retulit falsum de qualitate vulnerum, si ob lucrum fecit ultra mortale, læso satisfacere tenetur. Nono si non annunciauit infirmo mor-

mortem propinquam propter parentum complacentiam,ac proinde non ordinauit facta ſua, uidelicet animæ, & rerum temporalium unde mortaliter peccauit,propter indirectum damnum proximi. Ita *Antonucius in cathecheſi cap.* 34.5. *à medico fol.mihi* 46.Decimo ſi ſtatuta medicorum non obſeruauit, & quæ maxime obſeruare iurauerat,mortaliter peccauit, & toties, quoties.Ita *Antonucius loc.cit.* Vndecimo ſi habens apothecam aromatariam ſuos infirmos coegit in ea ſuas emere medicinas,qnia ſi ex hoc aliquod infirmis illatum eſt damnum,tenetur de omni damno illato.Duodecimo ſi viſitando mulieres infirmas, non ſe honeſtè intangendo habuit, mortaliter peccauit.

Ad Aromatario,ſeu pharmacopola

Primo ſi res vetuſtas,pro nouis, malas pro bonis, vel certè miſtas

pro puris, aut res viles pro pretiosis vendidit, quia vltra mortale tenetur resarcire damnum. Secundo si in componendis medicinis, vel confectionibus, ea non posuit, quæ medicus ordinauerat. Tertio si inexpertus præsumptuosè, & temerariè, ad componendas medicinas se exposuit. Quarto si debitam memoriam non adhibuit, ne erraret dando vni, quod conueniebat alteri, quia id graue peccatum, & periculosum est. Quinto si in uendendo excessit pretium. Sexto si in uēdendo non dedit ementibus pondus suum. Septimo si uendidit uenena eis quos credidit male usuros.

Pro quinto præcepto non sis occisor debet confessarius interrogare, an occisus sit sacerdos, uel consanguineus, uel si est pauper, aut diues, aut eius superior, uel si statim mortuus est, ac sine confessione, & an in vita fecerit testamē-

tum;

tum;nam si est sacerdos, vel in sacris commiđit sacrilegium, & incurrit excommuuicationem, si est consanguineus, puta frater mater, vxor, filius, in his casibus est circũstantia mutans specien. Idem dicitur si quis eis optat malum. Ita docet *Henriquez lib. 2. de pænit. cap. 6. nu. 3. Nauarr. in summa cap. 14. nu. 11 Tolet. lib. 5 cap. 8* idem dicitur si est Princeps, vel eius superior, nempè esse circumstantiam mutantem speciem, quia est contra obseruantiam, & honorem qui debetur supradictis personis.

Dixi si in vita occisus non fecit testamentum, nam tunc vltra damnum illatum propter homicidium si occidens fuit causa, vt pro occiso non fiant tot sacra, & opera pia quot fieri pręcepisset tenetur compensare mediis sacrificiis, aut eleemosynis. Ita DD. *teste homo bono de casibus reseruatis p. 2. casu 5. §. illud tamen fol. 34.*

TRA-

TRACTATVS DE MISCELLANEIS

QVAERITVR I.

Quando duo se mutuo offendunt, & amborum offensio est æque grauis quis prius debeat petere reconciliationem.

RESpondetur ex *Nauarr. in summa cap. 14. nu. 25. in fine,* qui prius offendit debet prius reconciliationem petere; at vero si posterior iniuria sit maior, posterior debet prius eam petere. Ita *Sylu. cit. a Nauarr.*

QVAE-

QVAERITVR II.

Quis fuit absolutus ad cautelam à co-fessario ab excommunicatione his verbis ego te absoluo ab omni vinculo excommunicationis an includant absolutionem ab excommunicationem minori prædicta verba

REspondetur *ex Sancio in selectis disp.6.num.*14.includere absolutionem etiam à minori excommunicatione, nam, qui omne dicit nihil excludit.

QVAERITVR III.

An confessarius possit impendere absolutionem super peccatis venialibus confessis, quando quis est in occasione proxima committendi illa, vel non vult relinquere occasionem proximam committendi venialia.

REspondetur *ex Sancio in selectis disp.*11.*num.*16. posse dari abso-

absolutionem, etiam si pœnitens semper reincidat in eadem peccata, etiam si nullus appareat profectus, est sati certum inter DD. *teste Sancio*. Et ratio potest sumi ab absurdo, alioquin homo non posset subijcere clauibus verba otiosa, impatientias, distractiones in oratione, cum sæpesæpius occurrunt non sine aliqua culpa veniali.

QVAERITVR IV.

An possit quis sine peccato optare sibi, vel proximo mortem ob vitandam molestam infirmitatem, mendicitatem, vitam pœnalem a marito fœminæ inflictam, & alia huius generis.

Respondetur non esse peccatum dummodo desideretur mors, vt à Deo infligenda non ab homine iniuste, vel à dæmone. Ita *Sancius*

Sancius in selectis disp. 2. num. 9. Castrus tract.6.disp.4.p.1. num. 11. item licere matri mortem filiarum optare eo quod ob de formitatem vel inopiam non possit eas iuxta suum desiderium nuptui tradere. Ita *Azor.tom.1. lib.3.cap.12. qu.2. & alij.*

Emanuel.Sa verbo charitas nu.8. hæc verba ait potes proximo optare malum corporale ad salutem animæ, & mortem, ob Rei publicæ bonum, & hosti tibi alioqui valde nocituro, mortem non ex odio, sed ad vitandum damnum tuum.

QVAERITVR V.

An peccet qui se ipsum offert, vel habet animum offerendi se ad martyrium principaliter ob vitæ suæ tedium vel alium indebitum finem.

RESpondetur *ex Nauarr. in summa cap.15.num.12.* peccare.

care. Nam primo loco, mors eſt deſideranda, per martyrium, propter publicationem fidei, & proinde eſt, etiam licitum prudenter occaſiones quærere quo publicetur fides, licèt præuideatur mors ineuitabiliter vt docet D. *Th.* 2.2. *qu.*124.*art.*1.*ad* 3.*& Caiet. ibidem.* Tunc enim non datur Tyrannis occaſio iniuſtè agendi, ſed ipſi ſibi accipiunt ex bonis actibus, quibus incumbunt martyres, ſcilicet proclamationi fidei, correptioni peccatorum,&c. Ita DD. teſte *Sancio in ſelectis diſp.*2. *nu.*9.

QVAERITVR VI.

Vtrum peccet,qui deliberatè alicuius mortem optat, vt in eius munus, aut officium ſuccedat vel ne reprehendatur, aut caſtigetur ab illo.

RESpōdetur ex communi DD. ſententia teſte *Nauarr. in ſumma*

*summa cap.*15.*num.*10. peccare; verum delectari propter bonum, vel vtilitatem, quæ ex illa morte sibi orirentur, non autem propter ipsam mortem non esset peccatum Itã *Nauarr.loc.cit.*

QVAERITVR VII.

An tristari de bono alterius quia tibi bonum proprium diminuit sit peccatum mortale ex genere suo?

RÉspõdetur ex communi DD. sententia teste *Diana 3. p. tract.*6. *Miscell.resol.*85. esse peccatum mortale inuidiæ ex genere suo.



QVAE-

QVAERITVR VIII.

An sit peccatum inuidiæ tristari de infelici sorte propria, sumpta occasione ex aliorum bona fortuna.

RElpondetur negatiuè, nempè non esse peccatum inuidiæ, vt enim tristitia illa inuidia esset, opus erat tristari directè de bona fortuna alterius, quatenus ex illa minuitur propia inuidentis, vt docet *D. Th.* 2.2.*quæst.*36.*art.*1. & 2. Quod si sit de bonis temporalibus potest esse sine peccato, & cum peccato, quando scilicet diuitias appeteret ad vitia comparanda. Ita *Suarez.* & *L* *yrm.cit. a Sancio in selectis disp.*3.*num.*3.

QVAERITVR IX.

An peccet, qui triſtatur de bono alterius in quantum ex eo timet nocumentum, vel ſibipſi, vel communitati.

RESpondetur primo ex *Layman tom.* 1. *tract. de charit. cap.* 1. *num.* 2. non eſſe peccatum. Immo iſta triſtitia bona eſt, ſi non temerè, ſed prudenter timeamus, ne ille ex felicitate anſam accipiat affligendi innoxios. Vitioſa autem eſt, ſi temerè, ac imprudenter ſiniſtram talem ſuſpicionem, aut iudicium de proximo concipiamus, bona item hæc affectio eſt, quando non temere, & ſine cauſa timemus, ne proximus collatam ſibi poteſtatem, vel officium malè adminiſtret: Vitioſa vero ſi ideo collatam ipſi poteſtatem, vel munus dolemus, quia nobis, vel aliis male agẽtibus debitas pœnas irrogabit Nũ-

quam autem est iusta causa tristādi de prosperitate proximi, quod ea tuæ excellentiæ obesse, eamque quasi obumbrare videatur.

Præterea aduerte, velle, & nolle, amare, & odisse; lętari, ac tristari nōn esse actus contrarios, nisi circa idem obiectum, sub eadem formali ratione versentur, vnde fieri potest, vt quamuis voluntas hominis de aliqua re sub vna ratione licitè tristari non possit, sed potius gaudere debet, tamen sub alia ratione de eadem re iure, ac meritò tristetur; v.g. Caupo, cum videt plures hospites ad vicinum suum diuertere, tristari licitè non potest de concursu isto, quatenus proximo commodus est; sed potest tristari quatenus in suum detrimentum cedit. Pręterea de morbo tuo, uel parentis tui meritò tristaris, quatenus malum quoddam personæ est, quam amas: tristari autem non licet de morbo secundum eam ratio-

rationem, qua Deus homini eum accidere vult,videlicet,vt corrigatur,punietur.&c. hoc est enim, quod aiunt Theologi: voluntetem hominis cum diuina voluntate sẽper debere conformari in volito formali,ita vt nunquam, quam Deus vun, homo tolit sub ea ratione qua Deus vult.Non autem tenemur conformare nos in volito materiali, cum voluntate Dei. vnde potest filius tristari de morte patris, amici, &c. quamuis sciat Dei prouidentia,ac voluntate,quæ nunquam displicere debet, mortẽ euenire.

Deinde fieri potest, vt quamuis voluntas hominis de aliquo obiecto sub vna ratione gaudere iure non possit, sed potius tristari debeat: tamen sub alia ratione meritò gaudeat,exempli causa de morte parentis gaudere non est licitũ, quatenus eà malum persónę est: nam id ad hominis odium spectat:

a&amen fas eſt gaudere de morte parentis,quatenus ea ſibi commoda eſt propter hæreditatem. Ita *Nauarr.in ſumma cap.15. num.10. & cap.20.nu.22. & Laym. loc. cit.* Vnde gaudemus de paſſione Chriſti quatenus nos redemit, & dolemus, quatenus eam intulerunt iudei.

Infert *Layman. loc. cit.* multo magis gaudere licet de morte parentis,quatenus cogitas, illam ex Dei voluntate, atque prouidentia eueniſſe iuxta orationem dominicalem fiat voluntas ſicut in Cælo,& in terra.

*R*eſpondetur ſecundo habere triſtitiam, quia indigis ac peccatoribus obueniunt bona temporalia,hæc triſtitia mala eſt, ſi conſiderantur ea bona pro vt abſolutè proximi ſunt, quem ex charitate amare,& gaudere potius debemus de cuius bonis, quia ex ordinatiſſima Dei diſpoſitione ob certum

finem


finem indignis etiam proueniunt, nam voluntas nostra voluntati diuinæ in volito formali nunquam repugnare debet.

Quare contra hanc tristitiam ait *Dauid Psal.36.* Noli Emulari in eo qui prosperatur in via sua, in homine faciente iniustitias. Laudabilis vero est hæc tristitia, si bona illa considerentur pro vt indigno humana voluntate, ac potestate, aduersus distributiuam, ac vindicatiuam iustitiam obueniūt; vel prout eis indignus ad peccandum abutitur. *Ita* DD. *teste Laym. loc. cit.*

Respondetur Tertio Emulatio siue zelus, per quam tristamur de bono alterius, non quia ipsius est, sed quia nos eo caremus, laudabilis est. *Puta* si est tristitia circa sciẽtias, ne virtutes iuxta illud *Apost.* 1. *ad cor.* 12. Emulamini charismata meliora, & D. *Hieronym. Epist. ad lætam.* hęc verba ait. Habeat so-

cios,cum quibus discat,quibus inuideat,quarum laudibus mordeāt. Circa temporalia bona laudabilis est ęmulatio, si ea æmulanti conuenientia sint:vt si opifex tristetur cùm videt alios sui similes ex opificio familiám alere:se non alere. Non item est bona æmulatio,si rusticus tristetur cum videt nobiles emere,ac possidere pagos, & castra,sibi talia deesse.

Itaque re ipsa differt æmulatio ab inuidia: nam per inuidiam tristatur homo de bonis proximi quia ea re superari se existimat.per ęmulationem verò non tristatur homo de bonis proximi: sed de sua penuria, quam comparando cum alterius abundantia magis animaduertit.



QVAE-

An sit peccatum veniale non correspondere diuinis inspirationibus. Quæstio est quando moraliter constat, quod inspiratio sit bona, ac à Deo, non autem a Dæmone transfigurante se in Angelum lucis, vt sæpenumero accidit.

RESpondetur ex *Tolet. lib. 3. cap. 2. num. 5.* esse peccatum veniale, quando non correspondetur diuinis inspirationibus, licèt homo non obligetur ex præcepto. Sed *Sancius in selectis disp. 7. nu. 4.* multis argumentis probat, secluso contemptu, nullum peccatum cõmitti quando non correspondetur diuinis inspirationibus, quia nemo tenetur consilia obseruare. Ita etiam docet *Tannerus in p. 2. disp. 4. qu. 10. dub. 4. num. 70. & Diana 3. p. tract. 4. de sacram. resol. 52.* dixi

ſecluſo contemptu, nam ſi ex contemptu quis non correſpondeat diuinis inſpirationibus peccaret mortaliter vt ſi quis iudicet inutile,& vanum annuere conſilijs Dei, vel quid ſimile. *Ita* DD. communiter docent *teſte Sancio loc. cit.*

QVAERITVR XI.

An munus confeſſarij ſit non ſolum curare plagas peccatorum pœnitentis, ſed etiam debere docere illum neceſſaria ne peccet ex conſcientia erronea.

Reſpōdetur ex communi DD. ſententia, teſte *Henriquez lib. 6. cap. 28. num. 1.* debere docere etiam pœnitentem, ne peccet ex conſcientia erronea.

QVAERITVR XII.

An opinio sit magis sequenda ob rationes, quam ob auctoritatem Doctorum.

RESpondetur ex DD. quos citat *Sanctius in selectis disp. 7. num. 18. circa finem*, magis sequendam esse opinionem ob rationes conuincentes intrisecè intellectũ, quam ob auctoritatem. Vnde Durandus in præfat. suorum operum sic ait.

Modus loquendi, ac scribendi in cęteris, quæ fidem non tangunt, est vt magis innitamur rationi, quam auctoritati cuiuscunque Doctoris quantucunque celebris, vel solemnis, & parui pendatur omnis humana auctoritas quãdo per rationem elucescit contraria veritas, & omnis homo dimictens rationem propter auctoritatem humanam incidit in bestialem insipientiam

QVAERITVR XIII.

Quando se gerere debeat confessarius quando excipit confessiones emptorum, & venditorum.

RESpondetur à *Caietano in sũma verb.emptio cap.*1. quod emere rem minoris iusto pretio ex intentione emendi , seu soluendi minus iusto pretio est peccatum, mortale: quia contra iustitiam læditur proximus, minus habendo , quàm habere debeat.Circa autem iustum prætium quid sit , oportet non falli : quoniam iustum pretiũ non solum est illud,quod communiter in illa patria currit , sed illud quod hic,& nunc sub hoc vendendi, seu emendi modo potest communiter inueniri: ita, quod licèt res àliqua Romæ à mercatoribus vendatur centum,si eadem res Romæ vltro exposita venditioni , sue suba-

ſubaſtando, ſiue per proxenetas nõ inuenit emptorem, niſi pro ſeptuaginta, tum quia altroneæ merces vileſcunt: tum quia emptores pauci inueniuntur pro tunc: aut quia non indigent re illa, aut quia non habeat pecuniam promptam pro re illa: aut quia non curant habere illam, iuſtum tunc ibi huius rei prætium conſtituitur ſeptuaginta. Nec redditur iniuſtum pretium ex cauſa, puta quia neceſſitate ductus, ac per hoc non voluntariè vẽdit: quia inopia qua cogitur quis ad vendendum non reddit venditionem inuoluntariam. Eadem ratione iuſtum pretium eſt, quod hic & nunc ſub hoc modo vendendi, vel emẽdi inuenitur communiter, qua ratione iuſtum quoque eſt pretium, cum poſt bella, aut peſtes, domus, agri, horti, &c. emuntur viliſſimè, quia non inueniuntur emptores. Eadem ratione gememe, quæ emptæ fuerant mille, modo

emuntur centum, quia non inueniuntur empetores, & similiter ait idem *Caietanus*; transeunte naue aliqua videmus emi res vilius, quã sibi valeant, quia non inueniuntur emptores nunc pro alio pretiò, & sic de similibus.

Et infra idem *Caietanus*, Domus expectans emptorẽ, venditur quantum valem absolutè: Domus autẽ non expectans emptorem, venditur quantum inuenitur, & tunc verè venditur quantum valet nunc. hic exposita: quamuis non vendatur quãtũ valerete expectans emptorem; iustum autem pretium est, non quantum valeret si expectaretur: sed quantum valet hic, & nunc, & reliquis singularibus, quæ tunc occurrunt pensatis,

An qui emit rem citra dimidium iusti pretij, teneatur ad restitutionem.

RESPONDETUR ex *Caiet. loc. cit.* teneri ad restitutionem, quia in foro solo externo non datur actio ad rescindendum cōtractum quando emitur res citra dimidiū iusti prætij ac proinde.

Iure humano dicitur licitum decipere citra dimidium iusti pretij: verum lex humana permittit, non approbat deceptionem citra dimidium iusti pretij. Secus est dicendum de lege diuina secundum quam, peccatum mortale est lædere proximum in quacunque re notabili.

QVAERITVR XIV.

An filius teneatur Patri defuncto conferra ſubſidia ſpiritualia, vt citius liberetur a pęnis purgatorij.

Antequam reſpondeam.

SVpponendum eſt, Patrem non feciſſet teſtamentum, ſed improuiſa morte ex hac vita diſceſiſſe, nam ſi miſſas in teſtamento reliquit, vel alia opera pietatis, certum eſt ad aliud non teneri filium, quãdoquidem non tenetur ipſe magis conſulere animæ Patris, quam ipſemet Pater.

HIS POSITIS.

REſpondetur ex Azor. *tom.* 2. *lib.cap.*3.*qu.*9. iure pietatis teneri filium ad ſuffragia impendenda animæ patris cum primum com-

commodè pōteſt ſed non cum notabili detrimento ſuorum bonorum: hæc ſunt verba *Azor.*

Sancius verò in ſelectis diſp.4.nu. 6.docet id eſſe de conſilio non de præcepto, & rationem aſſignat quia Pater iuſtè detinetur in purgatorio, vnde ſicut nō tenetur quis iuſtè damnatum ad mortem pecunia redimere, vt docet *Sa verbo charitas nu.6.Malderus,&* Nauarr *cit.a Sancio loc. cit.* ita qui detinetur iuſtè in purgatorio.

QVAERITVR XV.

Quod ſit peccatum contra naturam.

RESpōdetur ex communi *DD.* ſententia, teſte *Filiuccius to. 2.tract.30.cap 8.num.137.*eſſe omnem actum luxuriæ ex quo non poteſt ſequi humana generatio. Ita D.*Tho.2.2.qu.154.art.1.*

QVAE-

QVAERITVR XVI.

Quotuplex sit peccatum contra naturam.

RESpondetur ex *Tabiena verbo luxuriosus num.* 8. quod peccatum contra naturam habet tres species. Prima est sodomia. Secunda est mollities, seu pollutio, Tertia est bestialitas, & est maius vitium, quam si quis cognosceret propiam matrem. Hæc *Tabien. loc. cit.* Addo quartum, idest quando concubitus fit cum Dæmone, nempè non solum esse peccatum cōntra naturam, sed etiam vitium irreligiositatis, & superstitionis. Ita *Caietan.* & alij apud *Filiuccium to. 2. tract. 30. cap. 8. num.* 162.

SED PETES

Primo, an sit sodomia si femina cum femina rem haberet.

RESpondetur affirmatiue, nempe esse sodomiam. Ita DD. *Fili-*

Filiuccio loc.cit.nu.159. & D. Th. 2.2.qu 154.art.11.

Addo ego quando fæmina in vaſe prępoſtero cum alia fæmina rem haberet, debere etiam hoc explicare. Idem dico quando tactibus alterius fæminæ ſe pollueret: ſine concubitu, nam tunc mollitiē committeret. Ita *Caiet.cit.a Filiuccio loc.cit.num.159.*

PETES SECVNDO

An peccatum contra naturam habeat determinatam ſpeciem, ita vt non diuidatur in ſpeciem mollitiei ſodomiæ, &c.

RESpondet *Filiuccius tom. 2. tract.3.cap.8.num.*141. probabile eſſe non differe ſpecie ſed *num.* 142. ait probabilius eſſe ſpecie differre, vt bene probat.

Præterea idem *Filiuccius loc. cit.*

ſed

*sed nu.*164.cum *Caiet.* docet,quod etiam peccatis contra naturam, possunt accidere deformitates cõuenientes peccatis luxuriæ naturalis. Nempe sacrilegium si quis coeat cum mare Deo dicatum per votum,vel cum violentia, vltra sodomiam,& sacrilegium,etiam raptum commicteret.

Idem dicitur quando rem habet in vase præpostero cum coniugata,vel affine, licèt non contrahat affinitatem,. ac proinde in confessione sunt explicandæ personæ cũ quibus consumata sunt peccata contra naturam.

QVAERITVR XVII.

An sit sodomia quando mares mutuo complexu semen inter crura emictãt, vel si vnus supponatur alteri more quo fit inter virũ, & vxorem,& quid in rigore sit sodomia

R Espondetur ex *Graphio de casibus reseruatis lib.* 1. *cap.*

11.*num.*29. non esse sodomiam, quia consumatio copulæ ad hoc, vt sit crimen sodomiæ, necessaria est vt sit intra vas stercorarium, citat *Nauarr. & dicit colligi ex cap. extra de sponsalibus*. Idem docet *Hieronymi Llamas 3.p.§. 21.* vnde ait, quod sodomia committitur intra vas stercorarium, & quando mutuo complexu mares emittunt inter crura semen alteretrum vel, si vnus supponitur alteri more quo fit inter fæminam, & virum non cõmitti sodomiam, sed peccatum mollicieі, & dictę circumstantiæ sunt aggrauantes sed non mutant speciem.

H I N C

PRimo Colligitur, quod in opinione *Doctorum* docentium circumstantias aggrauantes neminem teneri subijcere clauibus, consequen-

ſequenter ſequitur ſatis eſſe dicere in confeſſione tactu alterius paſſus ſum pollutionem.

Secundo colligitur, quod mollities commiſſa cum opera alterius, eſt maius peccatum, quam ſi per ſe ſolum abſque ope alterius commiſſa ſit; ratione participationis in alterius peccatum. Ita DD. *teſte Filiuccio tom. 2. tract. 3. cap. 8. nu. 153. et Nauarr. in ſumma cap. 19. num. 6.*

QVAERITVR XVIII.

Quid ſit peccatum mollitiei.

RESpondetur ex *Hieronymo Llamas 3. p. §. 20.* eſſe voluntariam deciſionem ſeminis extra vas; eſt peccatum contra naturam, & grauius fornicatione.

QVAE-

QVAERITVR XIX.

Quid sit beſtialitas.

RESpondetur ex *Hieronymo Llamas 3.p.cap.8.§.21. Eluui Regia lib.8. cap.3.nu.18. et Graphio lib.1.cap.12.num.17.* eſſe coire cum quocuuque bruto, ſiue mare, ſiue fæmina, ſed non eſt opus, vt explicetur hoc in confeſſione, nempe, quod brutus ſit, vel fæmella, nec eſt neceſſarium, vt explicetur in confeſſione vas vbi cōſumatas eſt coitus cum beſtia vt docui cum DD. *a me cit. in tract. de caſibus reſeruatis fol.59.§. petes 2.* eſt peccatum contra naturam, & vltra hanc malitiam habet aliam malitiam, ſcilicet irreligioſitatis, & ſuperſtitionis ob ſocietatem cum Dæmone in illo actu venereo. Ita DD. *teſte Filiuccio tom.2.tract.3.cap.8.num.162.*

SED

PETES PRIMO

An omnis concubitus cum Dęmone sit eiusdem speciei.

RESpondeo *ex Caiet.tit.a Filiuccio loc.cit.*quem ipse sequitur, esse eiusdem speciei, quantum est ex natura actus, quia semper est idem formale motiuum suppositũ alienæ speciei; quantum autem ex parte affectus, possunt esse diuersæ speciei, nam si quis cum Dæmone coeat in specie mulieris affectu fornicario, vel adulterino, vel incestuoso erit pręter peccatum bestialitatis, & superstionis etiam peccatum fornicationis, adulterij incestus, &c si cum eadem specie viri affectu sodomitico, erit etiam sodomia, & sic de alijs.

QVAERITVR XX.

Quid est impudicitia.

Respõdetur ex communi DD. sententia, *teste Filiuccio loc. cit. sed cap. 9. num.* 165. esse peccatũ luxuriæ, quo solutus, vel soluta vacat tactibus libidinosis absque intentione alterius operis, aut actus consumati.

QVAERITVR XXI.

Quid est tactus libidinosus, et an sit mortalis.

Respondetur *ex D. Th.* 2. 2. *qũ.* 154. *art.* 4. quod tactus, & oscula secundum suam speciem non sunt peccata mortalia: & possunt fieri absque libidine, vel propter cõsuetudinem patriæ, vel propter aliquam necessitatem, aut rationabilem causam; dicuntur tactus,

ctus, & oscula libidinosa, & consequenter mortalia, quando fiunt propter delactionem fornicationis incestus, &c. hæc D. Th.

SED PETES SECVNDO

An amplexus oscula, & tactus sint peccata mortalia, si fiant solum ob captandum delectationem, quæ oritur ex ipsis tactibus, & osculis absque ordine ad copulam, ac sine eius desiderio, nam dictum est supra, quod secundū se tactus, & oscula non sunt peccata mortalia, nec sunt libidinosa nisi quando fiunt propter delectationem fornicationis incestus, &c.

Idem petitur si fiunt dicti tactus, & oscula in omnibus partibus corporis, nempè, an sint peccata mortalia si fiant non cum desiderio c[illegible]læ, sed solum ob delectationem quæ oritur ex ipsis tactibus, & osculis.


Respōdetur ex communi DD. Sententia, *teste Filiuccio to. 2*

tract.

*tract.*30.*cap.*30 *nu.*194. ſpeculatiuè loquendo in rigore ſolius tactus delectabilis, vt eſt quid molle, calidum, leue, & huiuſmodi abſque periculo, & conſenſu libidinis, & cõmotionis venereæ non eſſe peccata mortalia, etiam ſi fiant in omnibus partibus corporis. Sed practicè loquendo ob periculum libidinoſi tactus ſi ſit in partibus deſeruentibus generationi tàm in mare, quã in fæmina, prẹſertim ſi alienẹ ſint, eſſe peccatum mortale. In alijs partibus corporis non deſeruientibus generationi.

Reſpondet *Nauarr. in ſumma c.* 14.*num.*42. circa finem, quod non eſt peccatum mortale ſi quis homo iocosè, & honeſto amore, abſque mala intentione tangat pectus, & mammillas mulieris. Secus ſi ſerio fieret. Idem dicendum eſt de eo, qui abſque mortali fine, & intentione, aliquam fæminam per manum, aut brachium ducit, quamuis

vterque ſit iuuenis. *Ita Nauarr. &* *citat Caiet.* dicens idẽ eſt de eo qui abſque mortali fine, & intentione manum præmit aut vellicat, aut brachium torquet, aut eius pedem ſuo contingit, nempe non eſſe peccatum mortalia. Sed ego non ita paſſim approbo, quandoquidem ratione periculi, & ſcandali reſpectu fęminę, neſcio quomodo actiones excuſari poſſunt à mortali, admicto openionem *Caietani* quoad amplexus, & oſcula de viris erga fęminam vbi eſt talis conſuetudo nempè pro ſalutatione amplecti fæminam, & oſculari, ſecluſo periculo, conſenſiendi in mortale, & abſque delectatione libidinoſa.



QVAE-

Titius, viuente sua vxore, contraxit matrimonium cum Antonia *in facie* Ecclesiæ *, idest coram proprio* Parocho*, & duobus testibus iuxta* Tridentinum*, post contractum dictum matrimonium moritur prima vxor* Titij *an conualescat secundum matrimonium , & an requiratur, vt de nouo coram* Parocho*, & testibus celebretur dictum matrimonium.*

Ad primum.

RESpondetur defuncta prima vxore Titij, non conualescere secundum matrimonium, iuxta axioma D *D*. Quod ab initio fuit inualidum tractu temporis non conualescit.

Ad secundum.

Respondetur si impedimẽtum dirimens est occultum, ablato impedimento, idest defuncta prima vxore Titij requiritur nouus consensus coniugum non coram parocho, & testibus, sed satis est, vt ipsi contrahentes præstent de nouo consensum in matrimonium, & hæc doctrina currit in qualecũque occulto impedimento ut docent DD. quos citat, & sequitur *Sanchez de Matrim. lib. 2. disp. 37. num. 3. & 4. & 5.*

*I*dem dicitur quando quis cum impedimento seruitutis occulto, ab alio ignoratę contraxit publicè sublata enim seruitute, vel ab alia cognita, satis est, ut inter se solos iterum contrahant. *I*dem dicitur de matrimonio nullo ob occultum ætatis defectum, completa enim ætate satis est inter ipsos coniuges illud celebrari. *I*ta DD. teste *San-*

chez

chez loco citat.

Idem dicendum esse, licèt matrimonium inualidum propter impedimentum occultum, sit mala fide contractum: adhuc enim conualescit, si occultè inter ipsos solos contrahentes celebretur, & non coram Parocho. Ita *Sanchez loc. cit. num.* 8.

Limitatur primo, dummodo Parochus, & testes impedimentum illud ignorarent, si enim id nossent, quantumcunque alias esset occultum, necessario repetendum esset coram Parocho, & testibus, quia cùm ipsis constet in foro Ecclesiæ matrimonium esse nullum, non sũt testes valoris, sed nullitatis matrimonij. Ita DD. *teste Sanchez num.* 10. qui addit idem dicere deberi si alter solus ex duobus testibus requisitis, vel solus Parochus impedimentum nosset: quia iam desunt necessaria ad valorem matrimonij cum vel Parochus, vel alter testis

requisitus, non sit testis valoris matrimonij.

Addit præterea *Sanchez loc. cit.* tanquam certum si testes tempore quo astiterunt matrimonio, ignorabant impedimentum, licèt postea scirent taliter, quod non esset probabile in foro externo, potest absque Parocho, & testibus innouari matrimonium. Quia quando Ecclesiam repræsentarunt assistentes matrimonio fuerunt testes valoris illius, & satisfactum est decreto Tridentini, Ecclesieque constat de illius valore, & adhuc manet impedimentum occultum, quia suppono non esse plenè probabile impedimentum in foro externo, quia vel non sunt testes omni exceptione maiores, vel non oculati, uel vnus tantum ex illis scit.

Addit denique *Sanchez loc. cit.* quod coniuges etiam inter ipsos solos possunt iterum contrahere matrimonium, si Parochus tempore

re quo matrimonio interfuit, nouerat impedimentum dirimens intra solam confessionem, quia tunc cum sciat, ut Deus, & nullo modo in foro Ecclesiæ, uerè testis est illius matrimonij.

Secundo limitatur, nisi periculum sit, ut detegatur impedimentum, & probetur in foro externo: tali enim periculo existente, celebrandum iterum est, coram Parocho, & testibus. ita *Henriquez*, quē citat, & sequitur *Sanchez loc. cit. n.* 11. ubi addit cum DD. à se *cit.* quod quamuis id periculum minimè sit, si impedimentum sit plenè probabile in foro externo, credit, necessario iterandum esse coram Parocho, & testibus.

HINC

INfert primo *Sanchex cum Henriquex ab ipso cit. nu.* 12. si impedimentum illud delatum ad forum

externum, minime probaretur, aut falsa informatione pronunciaretur sententia pro matrimonio publicè cõtracto, manere adhuc occultum: cum matrimonij valor constet Ecclesię, & ita posse conualescere nouo consensu occulto inter coniuges præstito.

Infert secundo *Sanchex cũ multis DD. à se citnum* 14. quod matrimonium quando fuit nullum, sed occultum, posse reualidari, copula affectu maritali inter coniuges habita: sicut reualidatur nouo consensu occulto.

Probatur quia *Trid. sess.* 24. *cap.* 1. minime comprehendit hunc casum, & ita tanquam casus omissus relinquitur dispositioni iuris communis, ergo cum secundum ius cõmune tale matrimonium conualesceret copula maritali, vt patet ex *cap.* 15. *qui fidem de sponsalibus* ergo idem erit attento Tridentini decreto.

Præterea

Præterea,quia cùm matrimoniũ verbis, & signis contrahi possit, & copula affectu maritali, signum sit consensus de præsenti: aliàs sponsalia per illam non transirent antiquitus in matrimonium,contra dictum *cap. is qui fidem* ergo sicut verbis de præsenti conualescit, ita copula affectu maritali. Sic *Henriquez*,& alij DD. quos citat, & sequitur *Sanchez*.

Addo ego, tunc præsumi consẽsum,media copula, affectu maritali,quando alter coniux est in bona fide circa nullitatem matrimonij, & rem habet cum coniuge, vel alter coniux qui est in mala fide, ablato impedimento dirimente,consentit in matrimonium, media copula affectu maritali,& alter ignorans prius impedimentum rem habet cum illo,quia ex vi promissionis præsumitur illam, quam cognouit,vxorio, atque maritali affectu cognouisse,vt patet ex *cap. is*

qui fidem, & docet *Menochius de præs. lib. 3. præsumpt. 1. nu. 13.*

Secus est mihi dicendum, si ambo coniuges conscij prioris impedimenti dirimentis, & eo ablato, rem haberent, nempè non sufficere copulam affectu maritali, nisi adsit nouus consensus ex vtroque coniuge ad hoc, vt conualidetur matrimonium, & ratio mihi est, quia copula illa à nullo coniuge præsumitur esse habita affectu maritali, sed fornicatio, dum ambo sunt conscij impedimenti, & eo ablato, negatiuè se habent ad iterum præstandum consensum in matrimonium.



QVAE-

Pænitens confessus est tantum peccata reseruata, & etiam reseruata annexa excommunicationi summo pœnitentiario, sed non habuit verum dolorem culpabiliter de suis peccatis, vel sciẽter fecit confessionem inualidã, an fuerit ablata reseruatio, quando summus pænitentiarius absoluit eum Sacramentaliter; puta quia alio modo S. pænitentiarius non potuit reseruationem tollere, nisi media absolutione sacramentali.

RESpondetur ex DD. quos citat *Coninchus disp.8.dub.12. nu.91. & 92.* esse ablatam reseruationem, idem docet *Henriquez lib. 6.cap.6.num. 5. Caiet. & Suarez a Coninchbo cit.* idem docent.

QVAERITVR XXIV.

An non excommunicati possint, tum in humanis,tum in diuinis communicare cum excommunicato occulto, ac non denunciato.

Respondetur ex omnium DD. sententia posse excummunicatum communicare tùm in humanis,tùm in diuinis cum excommunicato occulto , & non denunciato quia concilium constansiense hoc non prohibet , sed solum cum excommunicatis denunciatis,& pulicis percussoribus clerici prohibet communionem in humanis,& in diuinis.

SED

Difficultas est an licitè possit non excommunicatus inducere occultum excommunicatum, ad communionem tum in humanis, tum in diuinis.

Antequam respondeam.

SCiendum est extrauagans Martini V. ad euitanda in nullo fauere excommunicatis occultis. sed manere quo ad ipsos integrum ius antiquum; secundum enim ius antiquum prohibita erat eis communicatio in humanis, & in diuinis, sed nunc secundum constitutionem Martin. V. licita est communicatio in diuinis, & in humanis non excommunicatis, quoties necessitas cogit ad communicandum cum eis.

RESpondeo, peccare venialiter non excommunicatum si sine causa iusta inducit excommunicatum occultum ad secum loquendum, & mortaliter si sine causa graui inducit ad communicandum in diuinis supradictum non denunciatum excommunicatum; dixi sine causa iusta, nam si adest iusta causa communicandi in humanis non peccat venialiter non excommunicatus, si inducit illum ad secum loquendũ, nec tunc peccat venialiter non denunciatus excommunicatus, quia loquitur ad fauorem, ac instantiam non excommunicati qui habet iustam causam secum loqnendi, nec peccat mortaliter si extat causa grauis ad inducẽdum excommunicatum non denunciatum, ad communicãdum in diuinis. Puta si necessarium sit sacerdoti celebrare, & non inueniat

niat aliquem vt ei inseruiat, nempè in hoc casu non peccare mortaliter non excommunicatum si induceret eum, vt missæ seruiret nec occultus excommunicatus in hoc casu peccaret vt docet *Suarez de censuris disp. 11. sect. 4. num. 19. & disp. 12. num. 3. & alij DD. apud Dianam p. resol. 91.* idem dicitur si non excommunicatus moralem necessitatem haberet confitendi sua peccata, & non reperiret alium confessarium nisi excommunicatum confessarium non denunciatum. Nam occultus excommunicatus non est priuatus iurisdictione absoluendi peccata. Ita *Suarez disp. 11. sect. 4. num. 12. citans pro se Nauarr.* Nec incurrit irregularitatem huiusmodi excommunicatus quia non violat censuram, dum ab iustam causam non excommunicato administrat Sacramentum, nec etiã culpam committit, vt bene aduertit *Suarez disp. 11. sect. 4. num. 19* secus

cus

cus est quando illicitè se ingerit, nã tunc peccat violando censuram, & incurrit irregularitem.

Aduertit *Suarez loc. cit. num.* 11. quod si sacerdos potest hic, & nunc prius absolutionem censure petere, sine dubio ad id tenetur, quia per se illi prohibitum est sacramẽtum cum censura administrare, dixi hic, & nunc quia non obstabit, quod antea potuerit, & fuerit in mora: sed attendenda est præsens opportunitas.



QVAE-

Quædam fæminæ incepit copulam cum suo viro, sed vir eius non potuit ex debelitate, vel alia de causa consumare copulam, ac proinde retraxit membrum virile ex vase naturali fæminę. Fæmina verò ex congressu cum suo viro neque potuit consumare, sed postquam vir eius a se retraxit manibus excitauit Venerem, & incidit in pollutionem, an mortaliter peccauerit.

RESpondetur peccaſſe mortaliter quia eatenus hoc licet ei, quatenus vir eius prius ſeminauit, ut docui cum DD. à me *cit. in praxi confeſſariorum* 2.*edit.fol*.347 & docet *Sanchez de matrim. lib*. 9. *disp*.17. *nu*.12. ſed ſemen fæmineũ ſine ſemine viri non eſt aptum ad generationem, & conſequenter fruſtrat ſemen ſuo fine, ac proinde

pec-

externum, minime probaretur, aut falsa informatione pronunciaretur sententia pro matrimonio publicè cõtracto, manere adhuc occultum: cum matrimonij valor constet Ecclesię, & ita posse conualescere nouo consensu occulto inter coniuges præstito.

Infert secundo *Sanchex cũ multis DD. à se citat num* 14. quod matrimonium quando fuit nullum, sed occultum, posse reualidari, copula affectu maritali inter coniuges habita: sicut reualidatur nouo consensu occulto.

Probatur quia *Trid. sess.* 24. *cap.* 1. minime comprehendit hunc casum, & ita tanquam casus omissus relinquitur dispositioni iuris communis, ergo cum secundum ius cõmune tale matrimonium conualesceret copula maritali, vt patet ex *cap.* 15. *qui fidem de sponsalibus* ergo idem erit attento Tridentini decreto.

Præterea

Præterea, quia cùm matrimoniũ verbis, & signis contrahi possit, & copula affectu maritali, signum sit consensus de præsenti: aliàs sponsalia per illam non transirent antiquitus in matrimonium, contra dictum *cap. is qui fidem* ergo sicut verbis de præsenti conualescit, ita copula affectu maritali. Sic *Henriquez*, & alij DD. quos citat, & sequitur *Sanchez*.

Addo ego, tunc præsumi consẽsum, media copula, affectu maritali, quando alter coniux est in bona fide circa nullitatem matrimonij, & rem habet cum coniuge, vel alter coniux qui est in mala fide, ablato impedimento dirimente, consentit in matrimonium, media copula affectu maritali, & alter ignorans prius impedimentum rem habet cum illo, quia ex vi promissionis præsumitur illam, quam cognouit, vxorio, atque maritali affectu cognouisse, vt patet ex *cap. is*

qui fidem, & docet *Menochius de præs. lib. 3. præsumpt. 1. nu. 13.*

Secus est mihi dicendum, si ambo coniuges conscij prioris impedimenti dirimentis, & eo ablato, rem haberent, nempè non sufficere copulam affectu maritali, nisi adsit nouus consensus ex vtroque coniuge ad hoc, vt conualidetur matrimonium, & ratio mihi est, quia copula illa à nullo coniuge præsumitur esse habita affectu maritali, sed fornicatio, dum ambo sunt conscij impedimenti, & eo ablato, negatiuè se habent ad iterum præstandum consensum in matrimonium.



QVAE

Pænitens confessus est tantum peccata reseruata, & etiam reseruata annexa excommunicationi summo pœnitentiario, sed non habuit verum dolorem culpabiliter de suis peccatis, vel scienter fecit confessionem inualidã, an fuerit ablata reseruatio, quando summus pænitentiarius absoluit eam Sacramentaliter ; puta quia alio modo S. pænitentiarius non potuit reseruationem tollere, nisi media absolutione sacramentali.

RESpondetur ex DD. quos citat *Coninchus disp.8.dub.12. nu.*91. & 92. esse ablatam reseruationem, idem docet *Henriquez lib.* 6.*cap.*6.*num.* 5. *Caiet.* & *Suarez a Coninchbo cit.* idem docent.

QVAERITVR XXIV.

An non excommunicati possint, tum in humanis, tum in diuinis communicare cum excommunicato occulto, ac non denunciato.

RESpòndetur ex omnium DD. sententia posse excummunicatum communicare tùm in humanis, tùm in diuinis cum excommunicato occulto, & non denunciato quia concilium constansiense hoc non prohibet, sed solum cum excommunicatis denunciatis, & pulicis percussoribus clerici prohibet communionem in humanis, & in diuinis.

SED

SED

Difficultas eſt an licitè poſſit non excommunicatus inducere occultum excommunicatum, ad communionem tum in humanis, tum in diuinis.

Antequam reſpondeam.

SCiendum eſt extrauagans Martini V. ad euitanda in nullo fauere excommunicatis occultis. ſed manere quo ad ipſos integrum ius antiquum; ſecundum enim ius antiquum prohibita erat eis communicatio in humanis, & in diuinis, ſed nunc ſecundum conſtitutionem Martin. V. licita eſt communicatio in diuinis, & in humanis non excommunicatis, quoties neceſſitas cogit ad communicandum cum eis.

HIS POSITIS

Respondeo, peccare venialiter non excommunicatum si sine causa iusta inducit excommunicatum occultum ad secum loquendum, & mortaliter si sine causa graui inducit ad communicandum in diuinis supradictum non denunciatum excommunicatum; dixi sine causa iusta, nam si adest iusta causa communicandi in humanis non peccat venialiter non excommunicatus, si inducit illum ad secum loquendũ, nec tunc peccat venialiter non denunciatus excommunicatus, quia loquitur ad fauorem, ac instantiam non excommunicati qui habet iustam causam secum loquendi, nec peccat mortaliter si extat causa grauis ad inducẽdum excommunicatum non denunciatum, ad communicandum in diuinis. Puta si necessarium sit sacerdoti celebrare, & non inue-

niat

niat aliquem vt ei inseruiat, nempè in hoc casu non peccare mortaliter non exommunicatum si induceret eum, vt missæ seruiret nec occultus excommunicatus in hoc casu peccaret vt docet *Suarez de censuris disp.* 11. *sect.* 4. *num.* 19. *& disp.* 12. *num.* 3. *& alij DD. apud Dianam p. resol.* 91. idem dicitur si non excommunicatus moralem necessitatem haberet confitendi sua peccata, & non reperiret alium confessarium nisi excommunicatum confessarium non denunciatum. Nam occultus excommunicatus non est priuatus iurisdictione absoluendi peccata. Ita *Suarez disp.* 11. *sect.* 4. *num.* 12. *citans pro se Nauarr.* Nec incurrit irregularitatem huiusmodi excommunicatus quia non violat censuram, dum ab iustam causam non excommunicato administrat Sacramentum, nec etiã culpam committit, vt bene aduertit *Suarez disp.* 11. *sect.* 4. *num.* 19 secus

çus

Quædam fœminæ incepit copulam cum suo viro, sed vir eius non potuit ex debelitate, vel alia de causa consumare copulam, ac proinde retraxit membrum virile ex vase naturali fœminę. Fœmina verò ex congressu cum suo viro neque potuit consumare, sed postquam vir eius a se retraxit manibus excitauit Venerem, & incidit in pollutionem, an mortaliter peccauerit.

RESpondetur peccasse mortaliter quia eatenus hoc licet ei, quatenus vir eius prius seminauit, ut docui cum DD. à me *cit. in praxi confessariorum 2.edit.fol.347* & docet Sanchez *de matrim. lib. 9. disp.17. nu.12.* sed semen fæmineũ sine semine viri non est aptum ad generationem, & consequenter frustrat semen suo fine, ac proinde

pec-

peccat mortaliter, hoc implicitè colligitur ex DD. licèt non dixerāt explicitè:

Confirmatur quia non potest dici illam pollutionem esse perfectionem copulæ coniugalis, nam non accidit consumatio ex parte viri, & consequenter erit illicita consumatio copulæ ex parte mulieris extra congressum viri.

QVAERITVR XXVI.

Confessarius imposuit pænitentem, ut flexis genibus diceret septem psalmos an si recitauit sine flexis genibus satisfecerit pænitentiæ.

RESpondetur ex *Vega in summa tom. 2. cap. 64. casu* 6. satisfecisse pænitentię, etiam sine flexis genibus recitauerit septem psalmos, quia adimpleuit substantiam præcepti; sed *Diana 3. p. tract. 4. de sacram.*

*sacram.resol.*55.videtur docere oppositum, sed non operte. Ego vero sum huius opinionis, quod quando confessarius non se declaret quando imponit pęnitentiam, vt exequatur flexis genibus; quod possit pœnitens satisfacere illi sine flexis genibus.

QVAERITVR XXVII.

An dicere verba turpia sit peccatum mortale.

RESpondetur primo ex communi DD. sententia teste *Sanchez de matrim. lib. 9. disp. 46. num.*34.verba turpia proferre, scribere, vel audire non esse intrinsecè mala sed indifferentia, ac proinde eorum honestas, vel malitia pendet ex circumstantijs adhibitis; ac fine proferentis, scribentis, vel audientis.

Respondetur secundo ex communi

muni *DD.* sententia *teste Sanchez loc. cit. nu. 35.* turpia loqui ex quadam leuitate; non gratia delectationis venereæ captandę, sed cuiusdam vani solatij, ob delectationem artificij, vel ob aliam vanam causam, est tantum veniale, per accidens verò supradicta esse peccatum mortale, ratione scandali astãtium, vt cum audientes sunt spiritu debiles, & verba, aut cantica, aut gestus, sunt valde lasciua: quia loquens credere debuit audientes inde inducendos ad culpam luxuriæ, saltẽ desiderij, aut cogitationis

Addo ego etiam ex parte proferentis verba turpia potest esse peccata mortalia licèt sine mala intẽtione dicantur sed solum causa ioci puta quando vir est probatæ vitæ, vel est religiosus propter scandalum, quod circumstantibus præbet.

Addit *Sanchez loc. cit. num. 38. cum alijs DD. a se cit.* quod si audiens

diens uerba turpia ridet, carens delectatione venerea ne inurbanus habeatur, & de hypocrisis vitio notetur, ac iocosis conuitijs exprobetur, non peccat mortaliter, quoniã risus ille, & gaudium potest esse de artificioso, & lepido dicendi modo, ac proinde non est scandalum actiuum.

At in duplici casu erit culpa lęthalis, prior est, cum persona est talis, vt risu scandalum generet: sitq; risus ille quasi præstare auctoritatem verbis turpibus, eaque approbare, & cohonestare. Posterior, cũ ridet sibi complacens, quod existimetur turpibus deditus. ob idque laudari, & magni fieri velit, quia gloriam de re læthali admictere est lęthale.

HINC.

Colligitur, quod vendimiatores proferentes verba valde

lasciua

lasciua publicè, licèt sine mala intentione dicant illa uerba,sed causa ioci, peccant mortaliter ratione scandali quia,ut plurimum in plateis reperiuntur debiles spiritu, nec non mulieres,quæ sunt fragilis naturæ,nec excusantur ratione cōmunis consuetudinis,nam hæc cōsuetudo cùm sit prouocatiua ad peccandum,est euertenda.

Possunt uerò excusari à peccato ratione ignorãtiæ inuincibilis putantes se non peccare mortaliter quando supradicta uerba sine mala intentione,& absque delectatione dicant , sed solum causa ioci; quod sæpenumero accidit talis ignorantia , in supradictis uendimiatoribus,qui sunt personæ idiotę ac nullius conditionis.

QVAE-

QVAERITVR XXVIII.

Quod operentur illa verba, quæ dicuntur passim a confessoribus antequam impendant absolutionem a peccatis, nempe si teneris aliquo vinculo excommunicationis, suspensionis, & interdicti, ego te absoluo quantum possum & tu indiges.

RESpondetur operari absolutionem censurarum probabiliter ignoratarum, quas poterat confessarius absoluere; vnde si postea in mentem penitentium hę cēsuræ uenerint, satisfacient confitēdo peccata oblita, nulla obtenta absolutione à censuris, nec dispensatione ab irregularitare, si forte fuit ab illa dispensatus ad cautelam ab habente huiusmodi facultatem Ita *Angel. verb. confessio* 1. §. 12. *Rosella verbo confess.* 2. §. 9. *Syl. verb. confess.* 1. *qu.* 4. & *Nauarr. in summa* c. 26. *n.* 13.

QVAERITVR XXIX.

An innodatus excõmunicationemaiori, vel minori si bona fide scilicet ob ignorantiã inuincibilem, vel inconsiderationem confiteatur, recipiat beneficium absolutionis.

RESpondetur ex *Nauarr. cap. 9. nu. 3.* affirmatiuè, nẽpe recipere beneficiũ absolutionis quia excommunicatio non inducit defectum substantialem absolutionis à peccatis, vt communiter DD. affirmant.

QVAERITVR XXX.

Coniuges vouerunt castitatem ad tẽpus ex mutuo consensu, & interim dormiunt in eodem lecto an hoc sit permittendum à confessario.

REspondeo regulariter non esse à confessario concedendã

dictam

dictam licentiam, ratione proximi periculi transgressionis voti, quãdoquidem dum dormiunt in eodem lecto sunt in proxima occasione copulæ ab ipsis prohibitę ratione voti.

Dixi regulariter, nam si essent tam probatæ vitæ, vt moraliter dubitari non possent de eius transgressione, puta quia pro præterito egerant experientiam de hoc, & votum non sunt transgressi, tunc permitti potest, vt dormiant in eodem lecto, sed tutius agerent, & melius si vnusquisque coniux tempore voti emissi castitatis seorsum ab alio dormiret.

QVAERITVR XXXI.

An absolutio obtenta bona fide a peccatis tantum, & non a censuris sit valida si pænitens sit innodatus aliqua excommunicatione etiam rdseruata.

RESpondetur ex *Nauarr.* Toleto, & alijs apud *Dianam 3.*

esse pænitentem validè absolutum & non teneri repetere confessionem, quidquid dicant alij DD. in oppositum, quia non est de essentia huius sacrameuti pænitentiæ, vt pęnitens prius absoluatur ab excommunicatione, quam à peccatis. Secus est si intercederet mala fides pænitentis, nempè esse inualidam absolutionem, quia poneret obicem sacramento, quia ipse teneretur prius absolui ab excommunicatione, & deinde à peccatis

Addit Diana loc.cit. quod quādo confessarius scit peccata confessa à pænitente bona fidę esse excommunicationi annexa, & tamen sine necessitate ex malitia confessarius absoluit, licèt non habeat potestatem absoluendi peccata annexa excommunicationi, esse validam absolutionem respectu aliorum peccatorum non annexorum excommunicationi, sed

con-

confeſſarius peccat.

QVAERITVR XXXII.

An Eunuchus vtroque teſticulo orbatus, vel frigidus teneatur in confeſſione hanc circumſtantiã accuſare, quando ſe accuſant rem habuiſſe cum fæmina, vel eam deſideraſſe ad fornicandũ.

RESpondetur ex *Sanchez, Hẽriquez Leſſius*, & alij apud *Dianam p.6.tract.6.reſol.*35. teneri hanc circumſtautiam in confeſſione aperire quia ſupradicta copula non reſpicit finem naturalem cum ex ea non poſſit ſequi generatio, & conſequenter hic coitus, diuerſus eſt ab illo, qui habet potentiam ad generandum. *I*dem dicitur de peccatis deſiderij, nempè copulæ cum fęmina ab Eunucho, vel frigido elicito. nempè adeſſe obligationem explicandi circum-

ſtantiam Eunuchi, vel frigidi:

Aduerte, ꝙ quãdo Eunuchus eſt tantum orbatus vno teſticulo non eſt circumſtantia ſupradicta explicanda in confeſſione, quia ſemen eius eſt ſatis aptum ad generationem vt communiter affirmãt DD.

SED

Dubium eſt quando ſupradicti Eunuchi incidunt in pollutionem voluntariam, an teneantur explicare in confeſſione ſe ſcarere vtroque teſticulo.

RESpondeo hunc caſum non inueni eſſe tactum à DD. idcirco ita mihi eſt dicendum, ſaluo meliori iudicio, quod ſi prædicti Eunuchi dum comictunt pollutionem habent intentionem cognoſcendi aliquam fęminam, abſque dubio tenentur eiuſmodi circumſtantiam aperire in confeſſione

ne

ne quia habent intentionem emittendi semen intra vas fæminæ nõ aptum ad generationem, & consequenter est contra finem, seu ordinem intẽtum à natura ex hoc capite, & ex alio capite peccatum est etiam pollutio voluntaria quia effunditur semen extra vas gene rationis.

Si verò Eunuchi dum committunt pollutionem non habent intentionem cognoscendi fæminam non mihi videtur necessarium vt in confessione dicant se esse orbatos vtroque testiculo, quia vno modo committunt peccatum, & non habent aliam intentionem peccandi contra ordinem naturę.

HINC

COlligo, quod maius peccatũ committit, qui non est Eunuchus, dum incidit in pollutionem voluntariam, quam Eunuchus,

chus, qui incurrit idem peccatum voluntariæ pollutionis, & ratio mihi est quia non eunuchus effundit semen aptum ad generationē, non sic Eunuchus, nam eius semen non est aptum ad generationem, testantur Doctores artis medicinę. Sed non ob id excusantur à mortali peccato.

QVAERITVR XXXIII.

Accedit vltramontenus tempore præcepti quatragesimę ad confessarium, qui non intelligit eius idioma sed tantum aliqua peccata intelligit, an licitè absolui possit.

RESpondetur *ex Henriquez lib.2. de confessione cap.* 12. *num.*3. *Lopex* 1.*p.instruct.cap* 17.*&* *Facundex precept.*2.*lib.*3.*cap.*4.*nu.* 13. absoluendum esse quia facit id quod potest, licèt confessarius satis

tis quædam non intelligat; nam tunc confessio est formaliter integra, sed non materialiter. Hæc opinio intelligenda est, quando in loco vbi reperitur vltramontanus non reperitur alius confessor, qui possit eius coufessionem excipere. secus est, si adesset aliquis confessarius, qui eius idioma intelligeret.

Sed Medina lib.2. instruct.cap.7. circa finem docet solum in articulo mortis esse absoluendum vltramontanum à confessario non intelligente eius idioma, sed tantum aliqua peccata, quæ opinio mihi videtur probabilis quia dum confessarius nescit eius idioma, potest accidere; vt absoluat eum, qui non habet verum dolorem de peccatis, vel eum, qui est irretitus aliqua papali excommuni actione quam confessarius absoluere non potest, vel potest absoluere eum qui est in occasione proxima pec-

candi, vel eum, qui tenetur aliquid restituere ratione furti, vel alicuius illiciti contractus.

QVAERITVR XXXIV

An possit obsolui fœmina, quæ vult cōfiteri confessario, quæ peccat quoties manifestat sua peccata supradicto confessario: idem dicitur de confessario respectu pænitentis.

RESpondetur ex *Nauarr. cap. 3. num.* 26. non peccare etiā si fit in occasione proxima peccādi, modo concurrant quatuor cōditiones, nempè iusta causa, pænitudo peccatorum, propositum nō peccandi in posterum, & credulitas, quod nō peccabit Deo adiuuante: idem dicitur de confessario, qui quoties audit confessionem certæ personæ peccat, & est in occasione proxima peccandi, nempè posse excipere eius confessionem con-

concurrentibus ſupradictis quatuor conditionibus. Idem dicit *Nauarr.loc.cit.* de viro fundente clyſteres mulieribus, & de fæmina eoſdem viris fuudente, & de chirurgo, & medico qui medendis pulchris fæminis in locis ſecretioribus ſæpe peccarunt, ſaltem moroſis delectationibus, nempè abſolui poſſe, etiam ſi ſunt in occaſione proxima, concurrentibus ſupradictis quatuor requiſitis.

QVAERITVR XXXV.

Quis tenet domi fæminam cum qua pro præterito rem habuit, ſed nunc non peccat, an abſolui poſſit.

RESpōdetur ex communi DD ſententia, *teſte* Sancio *in ſelectis diſp.* 10.*num.* 15. non eſſe abſóluendum ratione ſcandali, nam tenetur euitare ſcandalum, etiam

respectu vnius persone Ita DD. supracitati, secluso verò scandalo, concurrentibus quatuor requisitis iuxta *Nauarrum* de quo supra potest absolui pænitens, etiam si non eiiciat Domo concubinam. Puta quādo est vera pænitudo pec catorū, iusta, & rationabiliscausa, propositū in posterū non peccādi, credulitas, quod Deo adiuuante non peccabit, debet vero confessarius monere pænitentem ne cum illa sermonem habeat seorsum ab alijs, nec fixis oculis eam aspiciat, nec eliciat risum corā illa, & proferat nuges, quæ sunt incintiuæ lasciui amoris, vt alibi docui, debet verò pænitens promictere confessario, vt si reperiatur in articulo mortis expellat eam à suo lecto, nec permictat, vt ei subministret cibos, vel medicamenta sub aliquo prętextu, & Equiuocatione, causa euitandi scandalum, & infamiam & debet etiam habere animum quan-

quando potest citra scandalum & eius infamiam eijcere illam à suo domo, quam primum poterit. Ita DD. teste *Sancio in selectis* sed non ita clare sicut ego explicaui.

QVAERITVR XXXVI.

An qui est causa, vt aliquis sit damnatus ad triremes incurrat irregularitatem, si ipse moriatur in triremibus.

REspondetur non incurrere irregularitatem, quia solū cooperatores proximi mortis alterius incurrunt irregularitatem, vt docent communiter DD. teste *Filiuccio tom. 2. de censuris tract. 20 num. 103. & 104.* dicuntur primo cooperatorec proximi, qui immediate applicant causam adiuuantem ad mortem, vt si quis daret cibum cooperantem ad eius mortē, secundo dicuntur cooperatores

proximi, qui cooperantur actioni occisoriæ, vel directè percutiendo aut infligendo vulnus, vel indirecte, detinendo alium, ne fugiat, assistendo occisori tuendo illum.

dicuntur primò cooperatores remoti, qui conficiunt instrumenta homicidij. Secundo, qui conficiunt potionem mortiferam. Tertio, qui parant ligna ex quibus alius est comburendus.

Præterea sciendum est, quod irregularitas ex delicto oritur ex homicidio, vel mutilatione. *Vnde* si quis animo occidendi aliquem vulnerauit, si mors non est secuta, non incurrit irregularitatem. Ita DD. teste *Filiuccio tom. de censuris tract. 20. num. 56. 57. & 58.*

QVAE-

Quis incidit in peccatum mortale, & non vult confessario manifestare tunc illud commisisse, sed cum ipse facit confessionem generalem, & inter alia peccata prius confessa confitetur etiam illud peccatum post vltimam confessionem perpetratum, an hoc facere possit.

RESpondent multi DD. teste *Diana 3. par. tract.4. de Sacram. resol.62.* non posse fieri quia notabiliter variatur iudicium cõfessarij.

Sed *Bonacina Coninchus, & Sanchez in summa lib.1.cap.10. nu.71. cit. a Diana loc. cit.* docent id posse fieri, nec esse opus explicare tempus in quo fuit commissum peccatum dummodo non concurrat circumstantia mutans speciem, puta si nunc est variatus status scilicet si est in sacris, monialis, &c. &

pec-

peccatum erat carnale, nam in his casibus tenetur explicare statum, & consequenter tempus.

QVAERITVR XXXVIII.

An peccet penitens si in confessione neget commisisse aliquod veniale quod fecit, aut affirmat aliquod veniale, quod non fecit.

R. Espondetur ex communi DD. sententia teste Facundez *praecept.2. lib.3. cap.2. num.9.* peccare solum venialiter si adest alia materia vera, & certa, vel mortalis, vel venialis, alioquin peccaret mortaliter.

Secus est si dicit commisisse peccatum mortale, quod non fecit, vel tacet; quod fecit, nempè peccare mortaliter. Ità DD. teste Facundez *loc. cit. nu. 12.*

QVAE-

QVAERITVR XXXIX.

An peccet mortaliter ſi pœnitens vni confeſſario dicat mortalia, alij venialia.

RESPONDETUR ex DD. teſte Facundex *loc. cit. num.* 14. per ſe loquendo nõn eſſe peccatum mortale etiam ſi ſæpius fiat. Verum ſi maneret in aliqua occaſione proxima peccandi ob talem confeſſionem peccaret mortaliter, id agendo.



QVAERITVR XXXX

Quædam femina contraxit matrimonium cum impedimento dirimenti, puta, vel quia rem habuit cum fratre sui viri antequam inijt matrimonium, vel quia vir eius cognouit suam sororem ante matrimonium contractum hoc totum est occultum impedimentum, nunc obtinetur breue pænetiariæ ad conualidandum matrimonium bona fide contractum ex parte vnius coniugis, an sit opus, vt contrahatur iterum coram Parocho et duobus testibus, & posito, quod non sit necessarium, vt præstetur consensus coram Parocho, & testibus quomodo intercedere debet consensus ex parte vtriusque coniugis.

Ad primum.

RESpondetur ex cõmuni DD. sententia, teste Bonacina *to. 1. qu. 2. punct. 9. de matrim. num. 4.* non esse necessarium, vt de nouo con-

contrahatur matrimonium corã Parocho, & duobus testibus, quia Parochus, & testes fuerunt præsentes externo contractui, & eorũ præsentia requiritur, quando matrimonium contrahitur secundũ omnes partes, non verò quandò suppletur aliquis defectus occultus.

Ad secundum :

REspondetur ex *Sanchex. lib. 2. de matrim. disp. 36. num. 9. Guttierex cap. 47. num. 4. Conincus disp. 24. dub. 10. num. 87.* & alij apud *Bonacin. loc. cit. num. 7. in fine* sufficere, vt ipsa copulam habeat affectu maritali, sic enim ipsa videtur consentire sicut etiam vir censetur consentire cùm habet copulam affectu maritali, putans matrimonium esse validum.

Addo ego, quod postquam coniux, medio confessario fuit dispẽsatus

ſatus ſuper impedimento dirimẽti ex breui pęnitentiariæ obtento, debet expectare, vt coniux ignarus impedimenti petat debitum, & deinde reddendo debitum, debet præſtare conſenſum in matrimonium intra ſe, quia tunc de nouo contrahitur matrimonium, nam illud prius contractum, fuit irritum, hoc intelligi debet ait *Sanchx loc. cit.* quando alio modo non poteſt extorqueri conſenſus ex parte alterius coniugis ignari prædicti impedimenti dirimentis, & alter coniux non poteſt denegare debitum ſine ſcandalo.

Vnum aduerto, quod coniux conſcius impedimenti, debet eſſe in ſtatu gratię, ac ſine peccato mortali quando reddit debitum præſtando conſenſum in matrimoniũ, quia tunc recipit Sacramentum in ſe.

SED

An peccet coniux, si scit alium coniugem esse in peccato mortali, dũ ipse media copula, & interno consensu, de nouo contrahit matrimonium; ratio dubitandi est quia alter coniux recipit Sacramentum in peccato mortali.

RESpondetur nõ peccare mortaliter, & Ratio est, quia respectu alterius coniugis ignari impedimenti dirimentis est tantum peccatum mortale materialiter nõ formaliter, & coniux non cooperatur peccato illius formaliter, sed tantum materialiter, & ex alia parte aliter fieri non potest, quia ipse tenetur consulere animæ ipsius nã si non præstat consensum in matrimonium, illa redditio debiti esset peccaminosa, nec posset denegari sine scãdolo, nec graui incommodo, vt suppono; hunc punctum non

inueni

inueni esse tactum à DD. idcirco Doctori iudicio me subijcio, sed eiusdem opinionis est Pater Bartolomeus de Amico Societatis Iesu

QVAERITVR XLI.

Quidam Parochus ex errore assistit matrimonio cuius non erat proprius Parochus, deinde petijt licentiam à propio Parocho causa conualidandi matrimonium, & extorquit consensum ab eisdem sine præsentia duorum testium, an hoc secundum matrimonium fuerit validum.

RESpondetur ex *Coninco disp.* 24.*dub.*10. *num.*84.*Sanchez*, & alijs apud ipsum *lib.* 2. *disp.* 37. *nu.*11. quando impedimentum non est ita occultum quin possit sufficienter probari in foro externo, necessarium est, vt iterum contrahatur coram Parocho, & duobus te-

stibus,

ſtibus, immo credit *Sanchez loc. cit.* quamuis periculum non ſit, vt impedimentum detegatur in foro externo, ſed eſt probabile plenè puta per duos teſtes omni exceptione maiores in illo foro, etiam eſſe neceſſarium, vt iterum contrahatur coram Parocho, & duobus teſtibus. Sed in caſu propoſito facilè poſſent aliqui teſtes ſcire non fuiſſe Parochum propium illorum contrahẽſium, cõſequenter mihi videtur dicendum, iterum eſſe cõtrahendum matrimonium coram Parocho, & duobus teſtibus.

QVAERITVR XLII.

Quid requiratur ad conualidandum matrimonium inualidè celebratum ob defectum conſenſus interni.

RESpõdetur ex communi DD. ſententia teſte *Benacina tom. 1. qu.*

1.*qu.*1 *de matrim.punct.*5.*nu.*1.2. & 5. Sufficere, si consensus de nouo præstetur ab eo, qui consenserat fictè, aut per metum grauem, modo alter sponsus, qui antea verè consenserat, non reuocauerit suum consensum, nec est opus aliquid dicere alteri coniugi, qui verè consentit, nam ex parte ipsius non requiritur nouus consensus. Nec est necessarium, vt cõsensus exprimatur aliquo signo externo, sed sufficit internus cõsensus, nec est opus, vt iterum contrahatur matrimonium coram Parocho, & testibus quia defectus est occultus, nec potest probari in foro externo, vt suppono, & supra dictum est.

Quando matrimonium fuit inualidum, defectu consensus vtriusq; contrahentis, tunc non sufficit, vt consensus internus ab vtroque præstetur, sed requiritur, vt aliquo signo externo manifestetur. Ita *Henriquez*, *Guttierez*, *Sanchez*, & alij

alij apud *Bonacin. loc. cit.*

SED PETES

Quantum temporis requiratur ad præstandum consensum, defectu cuius, matrimonium inualidè fuit celebratum.

RESpondetur ex communi DD sententia teste *Bonacina loc. cit. num.* 5. sufficere quodlibet temporis interuallum, modo alter non reuocauerit consensum.




QVAE:

QVAERITVR XLIII.

Si duo filij eodem partu nascuntur, quis eorum censendus est primogenitus quo ad effectum succedendi in primogenitura, puta in feudis, &c. casus est, quando non constat de prioritate ortus, nam si constaret non est dubium quod primus natus, censendus est primogenitus, vt affirmant DD. Vt Sylu. verb. filius, & Naldus verbo filius.

RESpondetur ex *Sylu. verbo filius* 1.*num*.19. impossibile esse duos infantes simul vno impetu de vtero materno procedere, vt est *textus in leg.* Arethusca *ff. de stat.*



SED

Casus est possibilis in diuisione prægnantis mortuæ habentis gemellos viuos, scilicet quis censendus est primogenitus quoad effectum succedendi.

RESpondet *Sylu. verb. Filius. num.* 19. quod ille succedet, quem Princeps ordinauerit, cuius sit tale regnum, vel dignitatem primo conferre, puta perinde est, ac si nullus esset, qui habeat ius in dignitate, vel Regno, cùm duo succedere non possint, vel non debeant, & vterque eorum æquale ius habeat. Quantum verò ad res priuatas vterque succedet æqualiter.

Cui succedit filius de quo dubitatur, an sit filius huius, vel illius viri, vt si mulier post duos dies a morte primi viri contrahat cũ secundo, & pariat nono mense, ita quod partus possit esse vtriusque.

RESpondet ex *Sylu. loc. cit. nu:* 20. vbi refert varias opiniones Doctorum, & in fine concludit, quod recurrendum est ad coniecturas, & asserit, quod assimilatio filij ad Patrẽ facit probabilitatem, cùm in pluribus sit vera. quando verò hæc non habetur, esse inspicienda signa cõceptionis, quæ si non apparent, standum est consuetudini mulieris quanto tempore parere consueuerit, quod si nec hoc apparet standum est iudicio medicorum peritorum, vel obstetricum, quod si non apparet recurren-

rendum eſt ad id, quod frequentius accidit, quod ſi nullo probabili modo veniri poteſt in notitiam veritatis, tunc æqualiter ei vtraque hęreditas proueniet ad arbitrium Principis cùm non appareat, qui magis obligetur,

QVAERITVR XLV.

Quot ſpecies ignorantiæ annumerantur a Doctoribus.

REſpondetur varias ignorantias à Doctoribus aſſignari. Prima dicitur ignorantia craſſa, vel ſupina, & eſt quando quis ignorat, quod omnes ſciunt, inſtar hominis craſſi coram oculis propoſitas minimè inſpicientis, vel dum res eſt adeo aperta, faciliſque ſcitu, vt modica diligentia poſſet à quocumque ſciri. Ita DD. teſte *Sanchez de matrim. lib. 9. diſp. 32. num. 33.*

Addo ego hoc intelligi debere,

 quan-

quando venit in mentem hominis ratio magna dubitandi, an tale factum sit peccatum nec ne; & cùm facile possit scire, omittat scire. *Ratio* mihi est, quia peccatum debet esse voluntarium, ergo prius debet supponi cognitio sufficiens ad culpam læthalem, ergo si non occurcurrit prædicta cognitio, ac ratio dubitandi sufficiens ad peccatum mortale, non potest dici incidisse hominem in ignorantiam crassam, uel supinam, & consequenter in peccatum, vt docui cum DD. *a me citatis in praxi confessariorum 2. edit. fol.* 18. Secunda ignorantia dicitur affectata, & dicitur illa quando ignorans eligit nescire, quo liberius delinquat. Ita DD. teste *Sanchez loc. cit. num.* 40. Tertia dicitur ignorantia vincibilis quando adhibetur aliqualis diligentia ad illam superandam, non tamen tanta quanta debetur, vt docet *Merolla in Theologia morali disp.* 1. *cap.* 2. *nu.* 5.

nu.5. Quarta dicitur ignorantia inuincibilis,& dicitur illa quando ignorans,vel non poteſt eam ſuperare,vel non debet. Quanta autem debeat hæc diligentia eſſe in ſcienda ueritate, relinquendum eſt iudicio prudentis,penſatis omnibus quæ ad tale pręceptum, uel miniſterium pertinent: ut aliqua ignorantia, uel inaduertentia ſeu obliuio ſiue iuris,ſiue facti, cenſenda ſit inuincibilis, ſufficere ut nulla notitia, nec ſpecialis, nec confuſa in uniuerſali , aut in particolari occurrat,& conſequenter, . nullum poſſe eſſe pecatum in uoluntatis conſenſu, niſi in intellectu cogitatio aliqua pręceſſerit,ideſt actualis aliqua aduertentia, & conſideratio malitiæ moralis, uel periculi, uel ſaltem aliqua dubitatio , uel ſcrupulus, itaque; ut quis peccet debet actu conſiderare,& aduertere, uel opus illud, quod facit eſſe malum, uel ibi eſſe malitiæ pericu-

lum, uel saltem dubium, uel scrupulum aliquem habere. Quod si nihil horum præcesserit, ignorãtia, & inaduertentia, seu obliuio censentur omnino naturalia, & inuincibilia, Ita communiter affirmant DD. apud *Merollam disp.* 1. *cap.* 2. *dub.* 5. *num.* 106.

Regulariter dicitur homo laborans ignorãtia inuincibilĩ, quãdo quis petit consilium à uiro docto, & pio; & tamen ei non est manifestata ueritas, ratio est quia adhibuit moralem diligentiam. Verum hæc moralis diligentia non semper est satis, ut homo prudenter; & sine peccato operetur, sed esse opus interdum, ut adhibeat extraordinariam diligentiam ad cognoscendam ueritatem, iuxta grauitatem negotij, u.g. Si Demon transfigurans, se in angelum lucis, alicui appareret, eumque in errorem aliquem induceret; quem ingenio suo, aut etiam consultatione

ne aliorum non posset facilè cognoscere, aut cauere, teneretur is orationem adhibere, ac *Deum*, præcari, ac consulere, petendo ab eo illustrationem, & ad hanc facilè obtinendam, deberet se disponere dolore peccatorum, ut rectè docet *Merolla in Theologia Morali, disp.* 1. *cap.* 2. *dub.* 5. *nu.* 146.



Quid dicendum de quadam regula quam tradunt non nulli canonistæ in cap. continebatur de homicid. teste Couarr. in cap. alma mater 1.p.§.10.num.6.de sent.excomm. vt quoties quis dat operam rei illicitę, effectus subsecutus culpæ imputetur, nec censetur inuincibilis ignorantia facti, quantacunque diligentia adhibita fuerit ex quo inferunt, si quis cædendo ligna in silua aliena contra Domini voluntatem, ac adhibita diligentia, ne cui noceret, mancipium alienum, aut ouem alienam interficit, teneri ad restitutionem.

Respondetur ex communissima DD. sententia teste Merolla *loc.cit.nu.*130.hanc regulam nullo modo esse admictendam: quia res illicita, potest in ratione causæ, esse omnino ignorata inuincibi-

cibiliter, ita vt nulla circa effectum occurrat cogitatio, aut ratio dubitandi, vel si occurrat, potest moralis diligentia, ad eum vitandum adhiberi. Ergo in his effectibus, ignorantia respectu effectus, erit inuincibilis, & consequenter effectus culpæ non imputabitur.

HINC:

PRimo infertur in casu proposito, de eo qui cædendo ligna in silua aliena, contra Domini voluntatem, casu mancipium alienũ, aut ouem alienam interficit, non teneri ad restitutionem ouis, vel mancipij, neque in foro conscientiæ, neque in foro exteriori.

Secundo infertur, si quis domam alienam intrans furandi gratia, illam incendit, aut damnum aliud ita ibi det, quod si ex legitima ingrederetur causa, id damnum non imputaretur ei ad culpam, vt quia

ignorantia, seu inaduertentia inuincibili datum fuerit, non tenetur illud restituere propter rationem assignatam. *Ita Molina cit. a Merolla*, qui idem dicit de eo, qui de nocte domum alienam ad furandum ingreditur, & pedibus offendens, aliquid infringit, aut damnum aliquid det, si talis effectus secutus nullo modo sit culpabilis in antecedente culpa, seu actu illicito, cui ille operam dabat, vt quia fuit omnino casualis, *A*ddit tamen in hoc casu facilius inuenire latam culpã, seu peccatum comparatione talis effectus, & multo facilius in foro exteriori præsumitur, ac proinde saltem in pœnam antecedentis culpæ, quæ vt inde id sequeretur iniungi potest in eo foro onus restituendi illud damnum.

QVAERITVR XLVI.

Sacerdos per feneſtellam communicatorij adminiſtrat Euchariſtiã monialibus, & dum communicat moniales, cadit in terram vna particula conſecrata, quid agere debeat.

RESpondetur in hoc caſu debere Sacerdotem per eamdẽ feneſtellam porrigere moniali patenam; ad hoc vt media illa abſque eo, quod manibus tangat hoſtiam conſecratam eleuet particulam à terra, & ponat in patenam, & per eamdem feneſtellam debet monialis præbere Sacerdoti, debet uerò monialis non nuda manu tangere patenam conſecratam ſed medio panno lineo. Ita colligo ex doctrina *Suarez tom. 3. 3. part. diſp.* 81. *ſect.* 8. & alijs apud *Suarez* ubi docẽt, quod qui ſine cauſa accipiunt uas ſacrum continens Euchariſtiã

uixà mortali excusari possunt, sed in casu nostro adest iusta causa, idest ne diù maneat in terra hostia consecrata, & ne Sacerdos ingrediatur clausuram ad eleuandā hostiam à terra.

Locus uerò ubi cecidit hostia, mundetur, & aliquantulum abradatur, & puluis, seu abrasio huiusmodi in sacrarium immittatur; ut habetur ex rubrica Missalis.

QVAERITVR XLVII.

Pænitens Vespere elicit actum attritionis supernaturalis, & proponit die sequenti, subijcere peccata clauibus, ac recipere absolutionem, sed die sequenti solum explicat sua peccata sine dolore, an recipiat gratiam sacramentalem.

RESpondetur ex *hurtado disp. 1. de Sacram. in genere diffi- cult.*

cult. 9. sic, in pœnitentia post actus pœnitentis multo tempore post, potest absolutio validè conferri, toto scilicèt tēpore post, quo actus pœnitentis dicuntur moraliter permanere; tamdiù autem dicuntur moraliter permanere, quandiu nō retractantur, neque exprefsè, neq; implicitè. *Ita* ètiā docent alij DD. quos citat *Diana part.* 5. *resol.* 67. tacito eorum nomine. Ita etiam docet *Proposit. in* 3. *p. D. Th. qu.* 2. *dub.* 1. *num.* 3. quem sequitur *Diana loc. cit.* ac proinde in casu proposito supra, valida est absolutio, & recipiet gratiam sacramentalem, etiā si quando recepit absolutionē non elicuerit actum attritionis supernaturalis, dummodo elicuerit vespere, & non fuerit retractatus per actum contrarium quidquid dicat in oppositum *Granado in* 3. *p. de Sacram. disp.* 3. *nu.* 7. vbi non concedit tantam distantiam temporis inter dolorem, & confessionem, sed fatetur

tur ipse non esse necessarium, vt dolor existat in ipso puncto absolutionis, aut accusationis. mihi tamen non placet licèt sit probabilis hæc opinio, tum quia moralis distantia non potest per tam diuturnum tempus esse, tum quia fit distractio, & non potest applicari, seu vniri cum absolutione talis attritio in vesperi facta, cum etiam quia per actus disparatos videtur iam preterijsse attritionem, scilicet per somnum, locutionem, comestionē diuturnam, &c. & per consequens non potèst sic facilè probari, quod sit moraliter præsens pars requisita ad confessionem scilicèt attritio melius est, ergo dicere, quod quando distractio est tam diuturna inter confessionem, & attritionem, quod requiritur noua attritio.

QVAE-

QVAERITVR XLVIII.

Quidam homo furatus est à varijs personis aliquas quantitates nummorum, & semper putauit læthale peccatum commisisse, an teneatur confessarius considerare quantitatem nummorũ in se si erat grauis, vel leuis materia.

RESpondeo non teneri considerare confessarium grauitatem, vel leuitatem materiæ furti ad hoc, vt possit ferre iudicium de peccato pœnitentis, nam satis certum est saltem ex conscientia erronea mortaliter peccasse, verum in ordine restitutionem faciendã, & ad imponendum onus pęnitenti sub mortali, vt restituat ablatum debet considerare quantitatẽ furti, an fuerit sufficiens ad peccatum mortale nec ne.

QVAE-

QVAERITVR XLIX.

Quidam bibliopola vendidit alicui librum prohibitum ad quid tenetur.

RElpondetur teneri rescindere contractum, nempe restituere nummos acceptos ex pretio libri, & emptor tenetur illi restituere librum.

S E D

Quid dicendum si emptor libri non reperitur, nec bibliopola recordatur nomen eius, ita vt sit incognita persona cui vendidit librum, ad quid tenetur.

REspondetur in primis venditorem peccasse quia mala fide vendidit librum prohibitum ab Ecclesiasticis ne legatur. Secũdo non mihi videtur teneri ad restitu-

ſtitutionem pauperibus diſtribuē-dam, tamquam de damno illato incertis perſonis, quia dubium eſt an damnum re ipſa illatum ſit, nam poteſt eſſe, vt emptor bona fide retineat, & legat ipſum, putans non eſſe prohibitum, vel poteſt contingere, quod obtinuiſſet licentiam à ſuperiore retinendi, ac legendi illum, itaque ſemper manemus in dubio, an damnum ſit ſecutum, nec ne; ac proinde omnes doctores docent, quod in dubio melior eſt conditio poſſidentis, vt docet cum *DD. à me cit. de Miſcellaneis practicis fol. 21. §. petes ſexto.* vbi propoſui caſum de mandante fieri delictum, an teneatur ad reſtitutionē ſi eſt dubius, an mandatarius ſit motus ſuo imperio ad inferendum damnum, & concluſi, quod ſi facta diligentia, adhuc eſt dubius mandans, non teneri ad reſtitutionem. Ergo idem dicendum eſt in caſu noſtro, ac proinde bibliopola ad

aliud

aliud non tenetur nisi ad adhibendam diligentiam, quam præstare potest, si re ipsa est secutum damnum, vel nõ, & si adhuc est dubius, vel non potuit scire, non teneri ad restitutionem, quia in dubio melior est conditio possidentis.

QVAERITVR XLX.

Quis confitetur comisisse fornicationem, de qua dubitabat, an illam alias confessus sit, sed hoc dubium non explicauit in confessione an fuerit innalida ista confessio.

RESPONDETUR non fuisse inualidam, quia circa materiam non mentitur, quam ipsi confessario exponit, cum nunc certa sit neque negat se id confessum fuisse, ergo non peccat. DD. teste *Diana part. 4. resol. 65.*

QVAERITVR LI.

An qui dubitat se esse excommunicatum, possit audire missam, & alia facere, ac si non esset excommunicatus.

RESpondetur posse segerere, ac si non esset excommunicatus & similiter licere alijs simili dubio existente, cum eo communicare, tum in diuinis, tum in humanis. Ita DD. teste *Diana part.4. resol.66.*

QVAERITVR LII.

An dubitans aliquem psalmum, vel horam omisisse, teneatur repetere.

REspondetur non teneri repetere si probabilem coniecturam habet se dixisse, vtpote quia propositum attendendi habuit, & horas se incepisse meminit, & librũ tenuis-

tenuiſſe. *Immo* ſi iſte eſt timidioris conſcientiæ, vel eſt ſcrupuloſus malè faciet repetendo, aperit enim ianuam ſcrupulis. Ita *Homobonus, qui citat, & ſequitur Diana p.4. reſol.68.*

QVAERITVR LIII.

Quis vouit caſtitatem, deinde fornicatur, ſed eſt prorſus immemor voti, an agat contra votum.

Reſpondetur probabile eſt frãgere votum, etiam ſi ſit immemor voti, dum non fuit excuſatus à mortali ratione alterius præcepti. Ratio eſt, quia non ſeruata eſt ſubſtantia voti. Ita DD. *teſte Sanchez in ſumma lib.4.cap.22. nu.* 17. & conſequenter non eſt opus vt pænitens dicat in confeſſione fuiſſe immemorem voti quando eſt fornicatus.

Sed

Sed probabilius ait *Sanchez loc. cit. sed. nu.* 18. non egisse contra votum quando fuit immemor voti, licèt non fuerit à mortali excusatus; ratio esse potest, quia defuit ratio voluntarij, quod est de essentia peccati; vnde ad rationem uoluntarij requiritur præuia cognitio, ergo licèt fuerit præuia cognitio respectu peccati fornicationis, tamen respectu sacrilegij, seu fractionis voti defuit præuia cognitio dum operando pænitens non venit in eius mẽtem votum à se emissum, & cõsequenter sequitur, quod secundum istam opinionem dicere debet quando commisit fornicationem, fuisse voti prorsus immemorem, ad hoc, vt confessarius possit ferre iudicium non fregisse pænitentem votum castitatis, quod emisit.

QVAE-

QVAERITVR LIV.

Accedit pænitens ad confeſſarium, & ſe accuſat iuſſu heri detuliſſe literas amatorias cuidam fœminæ vel internuncium de re mala & dicit, quod ſi hoc nón facit in poſterum euenit graue damnum, an poſſit confeſſarius permittere pænitenti, vt deferat ſupradictas literas, vel internuncia.

RESpondetur ex communiſſima DD. ſententia teſte *Sãchez in ſumma lib. 1. cap. 7. num. 26.* hoc eſſe intrinſecè malum, ac in nullo caſu licere, quia eſt cauſa moralis, & proximum inſtrumentum fornicationis. Idem dicitur quando famulus habet ſuſpicionẽ quod in litera contineantur turpia *Ita Sanchez loc. cit.*

Idem dicendum eſt de famulis quos herus mittit fæminam inſecutu-

cuturos, vt videant vbi habitet, vel id inquirant posteaque illum certiorem faciant, nempe non posse fieri sine peccato mortali. Verum quando adest causa grauis damni euitandi, hoc esse licitum, ait *Sanchez loc. cit. num.* 27. quia non sunt ita causæ proximæ peccati: graue damnum ego non intelligo, quod si famulus hoc non faciet, herus dimittet eum à sua domo.

At nulla ratione excusari potest qui iussu heri quærit illi fœminam cum qua peccet, vel ab ipsa hoc petit, illamue inducit, vt heri Domum adeat.

SED PETES.

An liceat famulis iussu heri portare aliqua munuscula, aut esculenta ad concubinam.

Respondetur ex Sanchez *loc. cit. sed nu.* 29. sine iusta causa

ſa hoc non licere, quia licèt hæc ſint indifferentia, & remotè ſe habeant ad peccandum, tamen fouetur amor prauus heri mictentis. Sed iuſta cauſa eſt,ut hoc licitè fiat à famulis, communis ratio famulatus, in non famulis alia iuſta cauſa erit neceſſaria: Item non peccant famuli aperientes iuſſu heri ianuam domus concubinę, aut docentes ubi herus ſit, ut docent DD. teſte *Sanchez loc. cit.* & ſufficit cōmunis ratio famulatus pro cauſa iuſta.

Item licere famulis cibos cōndire ad menſam miniſtrarc, lectum ſternere, ac hornare heram meretricem ex ſola ratione famulatus. *Ita* DD. teſte *Merolla in Theologia morali diſp. 2. nu. 277.* in non famulis, aliqua iuſta cauſa deſideratur.

SED

Quid dicendum si herus velit ascendere per fenestram ad rem habendam cum concubina, an possit famulus ob communem rationem famulatus pedē heri sustinere, vt ascendere possit, aut scalam admouere, eamque tenere, aut humeris sustinere.

RESpondetur *ex Sanchez loc. cit. num.* 30. quem sequitur *Merolla loc. cit. num.* 278. requiri causam iustam, vt licitè hæc fieri possint à famulis, nec excusat com munis ratio famulatus, sed requiritur euitatio alicuius magni dam ni quid ex non pręstatione talis ministerii famulo immineret.



An famulus, vel famula possit licitè facere custodiam hero, vel heræ, vt libere cum Amatio rem habeat.

RESpondetur ex *Sanchex in summa lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 23. ratissimè hoc erit licitum, & vrgentissima causa concurrenti, nec excusat communis ratio famulatus.



A P.

APPENDIX PRAELVDIORVM

PRAELVDIVM XXVII

RDuertat confessarius cum excipit confessiones personarum indoctarum, & interrogat an seruauerit ieiunium per totam quatragesimam, & pœnitentes prædicti respondēt affirmatiue, nempè obseruasse ieiunium per totam quatragesimam, nam rursus interrogare debet confessarius, an omiserit aliquos dies in quibus non seruauit ieiunium, & inuenies, quod respondebunt omisisse multos, dies in quibus fuit ab his fractum ieiunium, vt multoties mihi accidit quando excepi confessiones personarum idiotarum putantium sufficienter respondisse ad quæsitum confessarij.

ADuertat confeſſarius quando excipit confeſſionem perſonarum idiotarum docere eos verbum in circa, ad quem numerum ſe extendit, quandoquidem ſæpenumero accidit inuincibilitur exiſtimare ſupradictos pęnitentes extendi verbum in circa, vſque ad decies, vel vicies, & hoc modo confitentur decies, vel vicies commiſſi hoc peccatum, quod eſt falſum nā communiter aſſirmant DD. *a me cit. in tract. de Miſcellaneis practicis fol. 5. qu. 5.* extendi vſque ad duo, uel tria, quando pænitens ſe accuſat paucis uicibus commiſiſſe peccatum, non autem ſi ſe accuſant centies plus, minuſue peccaſſe, nam *Nauarr. in cap. conſideret de pænit. diſp. 5 n. 42.* ſic aſſerit non oportet confitentem nimium eſſe obnoxiū in exactè confitendo numero, ſuffi. cit bona fide exprimere certum, puta

puta centum plus minus decem.

Aduertunt DD. teste *Bonac. tom. 1. disp. 1. qu. 5. p. 2. §. secunda difficultas nu. 9.* quod qui confessus est numerum certum peccatorum non dicendo plus, uel minus, ut si dixit decies surripuisse, sed postea facta confessione cognoscit se duodecies surripuisse, teneri in sequenti confessione fateri duplex peccatum furti prætermissi in antecedenti confessione.

Secus est dicendum de eo, qui maiorem peccatorum numerum bona fide in confessione expressit, nam non tenetur cognito errore, numerum certum fateri, seu confessionem repetere, quia secunda confessio esset potius excusatio, quam accusatio. Idem tenet *Soto* quem citat, & sequitur *Lopez in p. part. suæ instruct. cap. 31. & Bonacin. tom. 1. disp. 5. qu. 5. p. 3. nu. 7.* & alij.

Addo ego, & dixi *in tract. de Miscellaneis fol. 5. qu. 5. §. Addo ego.*

Idem dicendum est si pænitens bona fide fecit confessionem in qua non dum obtinuit absolutionem, & confessarius animaduertit in fine, scilicet penitentem accusasse maiorem numerum peccatorum, nempè, quæ fecit non teneri pænitentem iterum repetere peccata eidem confessario, dicendo certum numerum, quia eadem est ratio, quando pænitens obtinuit absolutionem, & quando non dum obtinuit quia est in sui præiudicium, cui iuri potest cedere, quādo id fecit bona fide sine animo decipiēdi cōfessariū. Si id verò fecit mala fide, nempe dicendo maiorem numerum peccatorum, quæ commisit, non solum tenetur exprimere numerum verum, & certum, verum etiam tenetur repetere confessionem, vtpote inualidam ob deceptionem mortaliter peccaminosam in materia graui, & necessaria, vt docui cum DD. *à me citatis tract.*

de-

de miscell.qu.5.§. adde ego circa finem.

Si verò maiorem peccatorum venialium numerum expressit bona, vel mala fide, non tenetur iterum numerum verum, & certum aperire, quia non decepit confessarium in materia necessaria. *Ita Bonacina tom.1.disp.5.quæst.5. p.2. num.9.* S. *Faustus in* Theologia *morali lib.4.qu.173.*

PRAELVDIVM XXVIII.

ADuertant confessarij quando pænitentes confitentur furta paruæ quantitatis, vel ratione meteriæ in se, vel ratione personæ, quod sæpenumero idiotæ personæ putant ex conscientia erronea mortaliter peccare, & consequenter tenentur explicare numerum & arbitrari debet confessarius pænitentem reum peccati mortalis.

Præterea accidit quandoque

pænitentes habuisse iustam causam compensationis, & licitè id fecisse cum conditionibus à DD. requisitis, puta vel ex vi contractus locati, & conducti, uel ex alia causa à DD. præscripta, & tamen etiam putāt in hoc casu peccauisse mortaliter, quod verum non est, quando alia via debitum recuperari nō potuit, & ablatum fuit scandalum, vel aliud damnum erga tertiam personam, debet verò compensans dicere suo debitori se esse satisfactum de mercede debita, seclusa sua infamia, sed alio modo licito, ne tanquam fur ab illo existimetur, idcirco confessarius in casibus prædictis debet monere pænitentes, ne peccent ex conscientia erronea.



INDEX

RERVM

Quæ in hoc opere continentur.

A.

Attri-

re

deerit

Cum

D.

E.

Excom-

Glo-

G.

H.

I.

alio·

E.

C..

Opi-

non.

Peni-

Laus Deo B.V.ac D.Carolo.



